

service contemptum, repentinus ei superveniet in teritus. » Ita Cambyses paulo post vita et regno privatus est; ita et Balaam paulo post ab Hebreis in pugna occisus est, cap. xxxi, vers. 8.

30. *Dic quid simile ut quam fecerit tibi. At ille ait: Nunquam.* — Inde convincebatur Balaam, quod sine ratione percurssisset asynam, neque illum ipsi illudere voluisse, sed compulsa fuisse ab angelo: unde mox angelus se revelans Balaam, clare ejus oscitatum aque ad impetratum coaguit. Mira enim fuit cecitas et furor Balaam, quod audiens per miraculum asynam loquentem, non expaverit, non obstupuerit, nec miracula causam et significacionem investigavit; sed ira percitus minatur asynam mortem, putans, ex eo quod humana voce loquebatur, eam quasi rationis compotem, sibi voluisse illudere.

Tradun, imo fabularunt Thalmudici Deum de cem res creasse die sexta mundi, ad solis occasum incipiente sabbato, scilicet primo, os terre, quod devoravit Core, Bathan et Abiron, de quo dixi cap. xvi. Secundo, os putes, quod semper patetabat Iudeis, vivente Maria sorore Mosis, et predecebat Hebreos, de quo cap. xx, vers. 4. Tertio, os asynam Balaam ad loquendum, de quo hic. Quartum fuit iris, sive arcus coelestis, de quo Gen. ix, 13. Quintum fuit aries, quem immolavit Abraham pro Isaee, Gen. xxi, 13. Sextum fuit virga Mosis, qua divisus mare Rubrum, Exodi xiv, 21. Septimum fuit mamma. Octavum fuerunt prime tabule legis, quia Deus et dedit, et Dea lego inscripsit. Nonnum sunt ipsi dæmones, apparentes hominibus. Decimum sunt forices; primas enim forices ait descendisse de celo, nec potuisse aliter fieri, itaque resolvunt illam vulgi questionem, utrum prius fuisse maleus, an forices? Hoc recenset, et fuse refellit Abulensis, Quast. X: mera enītū sunt fabula.

31. *PROTINUS APERIT DOMINUS OCULOS BALAAM, ET VIDIT ANGELUM.* — q. d. Fecit Deus ut Balaam videret angelum, idque, quia sustulit vel avariam, qua eum percurserat, vel nebulam alium obicem, quem oculi ejus objecerat; aut quia angelus, qui simili sui soli asyni prius immiserat, jam etiam eamdem oculum Balaam immisit, eamque terribiliter et minacem cum fulgenti gladio.

32. *PERVERSA EST VIA TUA, MINIQUE CONTRARIA (1),* — scilicet, ob perversam intentionem qua proficeris ad Balac, videlicet ut maledicas Hebreis. Nota: Hoc visio, et colloquio cum angelo contingit soli Balaam; præcesserant enim principes Balac, qui cum, ut vocarant, ita et deducebant; at non longe post eos sequerentur ipse Balaam, qui proinde solus angelum vidit et allocutus est.

33. *ET NISI ASINA DECLINASSET DE VIA, DANS LO-*

(1) Hebr. est præcepis, id est perniciose est via tua coram me, hoc est, novi in hoc tibi itinere tibi ingens periculum immundare.

CUM RESIDENTI (obstinenti mihi angelo), TE OCCIDISET, ET ILLA VIVERET. — Hebraice est, *illum vivificarem (2).* Unde colligunt Hebrei asynam hanc, mox ut locuta est, fuisse mortuam, idque ad honorem, non Balaam, sed humani generis, ne sciaret superstes maneret asyna, que ratione hominem aliquem convicerat. Verum hoc ex hisce verbis colligi nequit: tantum enim eis significat angelus se occidurum fuisse Balaam, non autem asynam, nisi ea declinasset. Vivificare enim Hebreis semper idem est quod in vita conservare, vel in vita conser- vare.

Vivificare enim est quod in vita conservare, vel in vita conser- vare.

33. *NUNQUID LOQUI POTERO ALIUD, NISI QUOD DEUS VER. 33.* POSERIT IN ORE MEO? — Quod scilicet Deus mihi revelarit et jussierit ut enunciem. Preoccupat Balaam, ut amolitur a se indigneationem Balac, si forte vaticinetur contra ejus votum et desiderium.

34. *VENERANTUR IN URBEM, QUE IN EXTREMIS REGNI EJUS FINIBUS ERAT.* — Hebraice, *venerantur in urbem Chusot, q. d.* In urbem quae foris, vel extra regnum posita erat in confinibus. Secundo, Oleaster verit, *venerantur in urbem divisionum,* id est, que erat limes regni, dividens illud a vicinis. Tertio, Vatabulus putat *Chusot* esse nomen proprium urbium.

40. *CUNQUE OCCIDISSET BALAC BOVES ET OVES, MI-*

SIT AD BALAAM, ETC., MUNERA, — q. d. Instituit Balac, ob letum adventum Balaam, festa, sacrificia et convivia, indeque munera et partes ad epulandum misit ipsi Balaam, suisque principibus, qui eum comitati fuerant; Gentiles enim in festis, triumphis rebusque letis instituebant sacra convivia, in quibus primo victimas suis dicit immolabant; deinde ex iis epulum sollempne, et quasi sacrum instituebant, ac denique ad absentes amicos mitiebant epuli hujus partem.

41. *MANE AUTEM FACTO DUXIT EUM AD EXCELSA BALAAM, ET INTUITUS EST EXTREMAM PARTEM POPULI,* — q. d. Mane Balac duxit Balaam ad excelsa, scilicet loca, puta ad montem continentem templum, vel sacellum, in quo colebatur Baal, idque ad hoc, ut scilicet ex hoc monte Balaam vides eastra Israel, atque idolo Baal immolans, ab eo vires, spiritum, et quasi enthusiasmus acciperet, ad maledicendum Israeli. Hac enim de causa septem ibi aras erexit, in iisque immolavit Balaam.

(2) Versus totus in hebr. Ita se habet, et vidit me asina, et declinavit coram me tribus vicibus; si non (^{לְנָ} compositionem ex ^{לְ} = CN, et ^{נָ} = N) declinasset a facie mea, profecto, utique te jam interficerem, illam vivam conservasssem.

(3) Vers. 36... oppido Moabitarum, quod situm est ad terminum Arnonis, qui est in extremo finis, id est, ad Arnonem, qui alluit fines Moabitarum. Hoc observatur, ut lector intelligat, Balaamum summo honore a rege Meob fuisse exceptum.

ut dicetur cap. seq., vers. 4. Ita Abulensis. Fuit hic mons Abarim, qui dividebat Moabitas a regno Sehon et Og, cuius una pars dicebatur Phasga, altera Nebo, in qua mortuus est Moses, ut patet Deut. xxxii, 49, et cap. xxxiv, vers. 1 et 5. Juxta

hunc ergo montem posita erant castra Israel, in locis campestribus, que proinde passim vocantur campestria Moab, atque ex hoc monte Balaam speculatorius est castra Israel, hisque vaticinando, præter mentem suam benedixit.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Balaam maledicturus Hebreis, eis præter mentem benedicit; inde, vers. 14, mutat locum, ut maledicat, sed rursus eisdem benedicit, eisque laudat a religione, fortitudine et adjutorio Dei, eorumque victorias practicat; hinc iterum mutat locum, vers. 27.

1. Dixit Balaam ad Balac: Aedifica mihi hic septem aras, et para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes. 2. Cumque fecisset juxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum et arietem super aram. 3. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper juxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurrat milii Dominus, et quodecumque impetraverit loquar tibi. 4. Cumque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras exire, et imposui vitulum et arietem desuper. 5. Dominus autem posuit verbum in ore ejus, et ait: Reverte te ad Balac, et haec loqueris. 6. Reversus invenit stantem Balac juxta holocaustum suum, et omnes principes Moabitarum: 7. assumptaque parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, et maledic Jacob: propera, et detestare Israel. 8. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Quia ratione detester, quem Dominus non detestatur? 9. De summis silicibus videbo eum, et de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, et inter gentes non reputabitur. 10. Quis dinumerare possit pulvrem Jacob, et nosse numerum stirpis Israel? Morietur anima mea morte justorum, et fluit novissima mea horum similia. 11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Ut malediceres inimicis meis vocavi te: et tu e contrario benedicis eis. 12. Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus? 13. Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum unde partem Israel videas, et totum videre non possis, inde maledicito ei. 14. Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, aedificavit Balaam septem aras, et imposuit supra vitulum atque ariete, 15. dixit ad Balac: Sta hic juxta holocaustum tuum donec ego obvius perrgam. 16. Cui cum Dominus occurrisset posuisseque verbum in ore ejus, ait: Reverte ad Balac, et haec loqueris ei. 17. Reversus invenit eum stantem juxta holocaustum suum et principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? 18. At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac et auseulta, audi fili Sephor. 19. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, et non faciet? locutus est, et non implebit? 20. Ad benedicendum adductus sun, benedictionem prohibere non valeo. 21. Non est idolum in Jacob, nec videatur simulacrum in Israel. Dominus Deus ejus cum eo est, et clangor victorie regis in illo. 22. Deus eduxit illum de Aegypto, eius fortitudo similis est rhinocerotis. 23. Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel. Temporibus suis dicitur Jacob et Israeli quid operatus sit Deus. 24. Ecce populus ut leæna consurget, et quasi leo erigetur: non accubabit donec devoret prædam et occisorum sanguinem bibat. 25. Dixitque Balac ad Balaam: nec maledicas ei, nec benedicas. 26. Et ille ait: Nonne dixi tibi, quod quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem: 27. Et ait Balac ad eum: Veni et ducam te ad alium locum: si

forte placeat Deo ut inde maledicas eis. 28. Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, 29. dixit ei Balaam : Edifica mihi hic septem aras, et para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes. 30. Fecit Balac ut Balaam dixerat, imposuitque vitulos et arietes per singulas aras.

1. DIXITQUE BALAM AD BALAC : EDIFICA MIHI HIC SEPTEM ARAS, ET PARA TOTIDEM VITULOS. — Balaam has aras erigi jussit, primo, ad sacrificandum, non Deo vero Hebreorum, ut vult Eubignus: id enim non permisit Balac; sed Baal, sive demon : erant enim hoc excusa Baal, ut processit cap. precedunt, vers. ult. Secundo, ad superstitionem divinationis, et ad scrutandum per eas augurium, ut dicitur cap. seq., vers. 4; unde septem precise fieri jussit aras, et in singulis cremari victimas binas, vitulum scilicet et arietem, idque cooperante Balac rego idololatra : unde et vers. 3, vocat hoc ejus holocaustum; fletur et. 4 prater spem occurrerent sibi angelos, simulata prae se fera se in Domini honorem has aras erexit, ut angelum sibi conciliet.

Septem autem aras erexit, vel ob septem planetas: videtur enim ipse fuisse astrologus genethliacus, qui scilicet ex horoscopis et astrorum inspectione divinabat, at Abulensis; vel quia septenarius est symbolum perfectionis, ideoque in sacris usurpatur; unde et septem vitulos et arietes immolari jussit, ut divinaret ex eorum exitio, puta ex inspectione viscerum: hoc enim est officium arioli, qualis erat hie Balaam, ut patet cap. XXII, vers. 5 (1). Vel denique, id fecit ex superstitione. Magis enim et malefici maxime observant certos numeros, unde et nihil per parem, sed omnia per imparem numerum faciunt. Hinc Virgilii, Ecloga 8 :

Terra tibi haec primum triciplex divisa colore
Licia circumdo, terque haec striae circum
Efligimus duo : numero Deus impare gaudet.

Allegorice, Balac, qui hebreo idem est quod lingers et devorans, significat diabolum; Balaam, id est, populum vanitatis, significat Scribas et Phariseos, qui impulsu demonis maleficere et perdere voluerunt Christum et Christianos, qui sunt veri Israelites; sed Deus maledictionem eorum et mortem crucis in benedictionem et gloriam convertit. Ita Rabanus (2).

3. STA PAULISPER, SI FORTE OCCURRAT MIHI DOMINUS. — « Dominus, » scilicet Baal, sive demon :

(1) Videtur Balaamus numerum septenarium ideo elegisse, quod ille ex veteri creationis intra septimum traditione ab omnibus fero gentibus sacer habetur. Hinc auguria captanda ab incantatore perquam apta eligebatur, Ita Sibylla Cumana, Deiphobe, Phœbi Triviriæ sacerdos, apud Virgilium Aeneid. VI, 58, 59,

Nunc greci de initio septem mastacis juvenes
Præstiterunt, totidem lecas de more fidentes.

(2) Vers. 2. Imposuerunt : hebreo addunt in altari, scilicet quonou quoque.

hunc enim hoc holocaustum obtulerat Balac cum Balaam; Balaam enim hic quererebat augurium, ut dicitur cap. seq., vers. 1, id est divinationem, puto demone ipsum, quicum de more secreto loqueretur, ita quo audire responsa que ad Balac deferret. Ita Cyrillus, lib. VI de Adoratione, fol. 113, Theodoretus, Quæstiōne XL, S. Augustinus, serm. 103 de Tempore, Ambrosius, lib. VI, epist. 37, Nyssenus, De Vita Mosis, sub finem, Procopius et Rabanus hic.

Dices : Pro Dominus hebreo est Jehovah, quod non nomen Hebreum.

Respondeo, Balaam non dixisse Jehovah (ne enim unquam hoc nomen audierat), sed fuisse alio nomine, quo Moabite solebant appellare Deum (qui eis non erat Deus verus, sed Baal, sive demon); Mosen vero, quia non Moabite, sed Hebreo scripsit, pro eo substituisse Hebreum nomen Jehovah (3).

4. CUNQUE ABISSET VELOCITAT. — Vatablus et Hebrei vertunt, cunque abisset in excelsa ; hoc enim etiam significat Hebreum 'בָּשְׁפֵה. Alii vertunt, cunque abisset solus.

OCCURIT ILLI DEUS. — « Deus, » id est, angelus bonus a Deo missus, sive « Deus, » non per se, sed per suum angelum; etiam enim cum non quereret Balaam, sed demonem suum, tamen sponte sua ingessit se et occurrit illi angelus bonus, idque ad promovandam gloriam, tum Dei, tum Hebreorum; sicut Pythonisse, que pro Saulo demonem consulebat, non malus, sed bonus Samuelis spiritus se ingessit.

Occurrit autem et angelus visibilis forma, et, sequitur, evenit ex adverso ejus, in assumpto scilicet corpore; quod videns Balaam, honoris causa prius eum salutavit, et allocutus est, dicens : Septem aras erexi; non dictu cui : forte quia dubitabat an diemon, an Deus esset illi qui ei occurrebat; tamen tacita innuit se ei qui occurrebat, aras has erexit, qua in re menitus est. Recite ait S. Augustinus in Psalm. LXIII : Si multa equitas duplex est iniquitas.

Rursum Jovianus Imperator vere dixit, « as-
tentatores (qualis fuit hic Balaam) non Deum, de
sed purpurum colere : Europonque persimiles esse,
qui modo in hanc, modo illam partem precep-
tit, » testis est Socrates, lib. III, cap. xxi.

Bion rogatus, « quode sset animal omnium ma-

(3) Post Dominus, in hunc, est, et rem quam (סִנְמָן) non habet pronomini relatiui (בְּאַתְּ), nisi ostenderit, lo-
quar tibi ; (vers. 4 in Vulg.) et dcessit in locum plau-
num, seu nudum, ut vult Hengstenberg, ex quo scil-
l prospectum haberet minus impedimentum. DW est accusata
loci.

si me noxiū : Si de feris, ait, porcuncularis, ty-
rannus; si de mitibus, adulator. » Ita Laertius,
lib. I, cap. v.

Diogenes orationem blandam et adulatariam
vocabat melleum laqueum. Idem aiebat, « satiu-
esse incidere si κόπες ; quem si κόπες, id est,
in coros quam in adulatores. » Ita Laertius.

Epictetus aiebat : « Cory mortuorum oculos
evellunt; et adulatores viventem animos corrumpen-
tes, omnem eis visum admittunt. »

Phavorinus dicebat : « Sic Acteon ab alumi-
nis suis canibus interiti : sic parasiti eos, a qui-
bus aluntur, pessundunt. »

« Ut lepori canis, sic amicos adulator natura
sua infestos est, » ait Antonius in Melissā, part. I,
serm. 32.

Unde Aristoteles, lib. IX Ethic. : « Qui fingit,
ait, se amicum, et non est, peior est eo qui feit
falsam monetam. »

5. DOMINUS AUTEM POSUIT VERBUM IN ORE EJUS. — q. Angelus suggestus ei, et docuit eum quae es-
set dicturus ipsi Balaam. Nota : Angelus non non
arguit mendacium, hypercritis et idololatriam
Balaam, sed eam dissimulat, quia sciebat eum
esse idololatram, magum, improbum et incorri-
gibilem; unde tantum ei dicit ea que ad ren-
presentem, puta ad legationem Balaam, et Be-
braiem causam, spectabunt.

7. ASSUMPTA PARABOLA SUA DIXIT. — Prophe-
tiam gravem, pulchram et acutam vocat parabolam.
Hebreum enim לְבָבָךְ mascl, quod Noste-
ræ septe verbabolum, significat sententiam quam-
libet, que eminens est et illustris, ac quasi prin-
cipes inter sententias, quales sunt sapientum gno-
mata, proverbia et parabolæ, item Prophetarum
oracula. Radix enim לְבָבָךְ mascl significat domi-
nari et principiari. Hinc vocantur לְבָבָךְ misle, id est Parabola Salomonis, sententiae ejus graves
et morales. Addit in hac prophetia Balaam mul-
tu similitudines et parabolæ proprie dictas im-
miseri (4).

(1) בְּאַתְּ non tam parabolæ, quam omnia in un-
versum carmina vocantur, prophætica, opinoria, legis-
tria, etc, ob figuratum dicendi genos, a בְּבָבָךְ assimil-
at. Attamen quoniam vaticina hoc nomine vocantur, ea
semper allegoria sunt (vid. Isa. 14, 1; Ezech. xvii, 2;
xx, 49). Patritius, loc. cit., Aben Ezra adstipulat de his Balaamis verbis scribent : « Sensus ἀπλοῦ εἰς בְּבָבָךְ εστι, » id est, sensus allegoricus seu metaphoricus est,
qui duplex dici potest quodammodo.

Patritio vera admodum videatur opinio Isaci Abra-
hamelis (Comment. in h. l.), quatuor prioribus Balaamis
sermonibus seu parabolis describit quatuor et statim populi
Israelitici. Quod si esse ita demonstrat : « Prima parabolæ (xiii, 7-10) complectitur primam Israelitarum
statim ab genti totius primordijs usque ad eum eges-
sum ex Egypto. Commemorat enim Balaam Israelitarum
a ceteris gentibus separatiem (vers. 9), que ab ipsi
eorum origine repetenda est, quoniam Abraham a Deo et
Chaldaea elinetus, innumerisque ei posteris promissa
erant, quoniam Balaam ea loquelatur, ac numerari fuer-
ant cum ex Egypto profecti sunt. » Prima igitur haec
parabola meram historiam rerum prima estate actuarum
haberi satis liquet. Secunda et alii dicimus infra,

DE ARAM (de Mesopotamia, quo hebreo dicitur Aram Naharatum, uti dixi cap. xx, vers. 5)
ADDUXIT ME BALAC.

8. QUOMODO MALEDICAM CUI NON MALEDIXIT DEUS? Vers. 8

— Nota, non tantum lingua, sed et mentem Non tan-
ta Balaam, saltem ad tempus quo haec prophetavit, um
a Deo fuisse immutatum, ut cum ante voluisse, et
maledicere Hebreis, jam bene dicere. Nec enim Balaam,
Balaam hic fuit arrepitus ut erant Sibylle, et
ipsa fuit in templo Apollinis Delphicis, in quam a Deo
ipsa Phebus, id est demon, introbat, atque immuta-
tam per terram rotans, et despumare cogens, ad

Balaam
omnia de quibus interrogabatur, per os ejus res non fuit
pondebat; ipsa tamen puella nihil horum intel-
ligebat, sed erat quasi extra se, et in furore, at
que postquam furor desinebat, non recordabatur
dictorum. Vide Virgilium, lib. VI Aeneid. Balaam
vero haec omnia intelligebat, immo jam ante
haec omnia conceperat et memorie mandarat,
cum scilicet ea solus audiret ab angelo sibi occ-
urrente, vers. 5. Nec enim angelus postea in
ipsa vaticinatione ei, aut per eum loculus legit-
tur. Rursum, eum ex mente et serio haec dicere
patet, ex eo quod subdit : « Moriatur anima mea
mortis justorum. » Deus ergo non movit os Balaam,
sicut os asino loquentis; movebatur enim
Balaam ut homo, non ut brutum. Deus ergo im-
pulit eum voluntatem, et illustravit eum intellectum,
ut pie et liberum, atque ex animo haec
loqueretur. Contrarium tamen sentit Abulensis,
scilicet Balaam persistentem in impia voluntate
maledicendi, coacte et invite beneplacitum, ex eo
quod Deus moveret os ejus, licet invit, in eoque
efformaret verba haec, quibus benedixit Israeli,
idque probat ex eo quod ait Balaam vers. 12 :
« Num aliud possum loqui, nisi quoniam jussit
Dominus? » Sed illud non cogit : nam non pos-
sum ibi idem est, quod non licet, non est fas.
Prout ergo quod dixi verius est, idque confirmatur
cap. XXIV, vers. 4, ubi dicitur : « Cumque vi-
disset Balaam quod placuerit Domino, ut benedi-
cet Israeli, etc., irruente in se spirito Dei, ait, »

Mox tamen a vaticinatione, Balaam redit ad in-
genium, quæsivitque modos satisfaciendi Balaam,
et Hebreos maledicendi : et hoc tantum vult
S. Gregorius, III part. Pastor., Admon. 13, cum ait
Balaam vocem, non mentem mutasse. Nam eo
modo quo dixi, se explicat S. Gregorius, libro
XXXIII Moral. cap. XXVII. Simili modo Saul inter-

pollicitus (vers. 8) ; que posterius quæque bona iterum
tertio aetate Abraham promissa, tum Isaco, ac demum
Jacob, omnia pertinent ad primam illam statem. Con-
ferenda etiam sunt illa Balaam, puterem Jacob, cum
illis, erique semes tuum quasi putis terro, Jacob a Deo
dictis. Denique Israelite in numerum adeo grandem, ut
dixit Balaam, exscreverant, dum in Egypto morarentur,
a ceteris gentibus separatiem (vers. 9), que ab ipsi
eorum origine repetenda est, quoniam Abraham a Deo et
Chaldaea elinetus, innumerisque ei posteris promissa
erant, quoniam Balaam ea loquelatur, ac numerari fuer-
ant cum ex Egypto profecti sunt. » Prima igitur haec
parabola meram historiam rerum prima estate actuarum
haberi satis liquet. Secunda et alii dicimus infra,

Prophetas prophetavit, et Deo laudes cecinist; sed digressus ab eis, rediit ad ingenium, et Davidem persequi perrexit: tam ergo Saul, quam Balaam permanxit in cordis sui duritate et impietate habituali, quam uterque recedente spiritu Dei bono, paulo post reges ac prius, exseruit.

Similes Balaam et Sauli sunt Christiani, qui vivunt in concubinatu, odii, ebrietate, possessione honorum, inuste acquisitione, et in passchate, vel articulo mortis conferuntur et prouenant emanationem; sed mox a festo, aut pericolo liberri, ad concubinas, odia, poca, et possessioines iniquas redunt: hi timent sibi, et expectant finem et catastrophem talem, qualiter habuit Saul et Balaam.

9. De SUMMIS SILICIBUS VEDERO EUM, — q. d. Ex proposito hoc monte speculator astra Israel, eaque quasi castra Dei speciosa, et pulchre per suas tribus, aces et vexilla distributa et ordinata speculando delectabor, hisque jucundae fruor.

POPULUS SOLUS HABITABIT, — q. d. Israel remotus erit, et diuina et consortio ab aliis omniis populis, utpote Gentilibus et Idololatriis, atque soli vero serviet propriis suis legibus et ritibus, quia plane diversi sunt ab omnium aliorum populorum legibus et moribus, unde « et inter eos non reputabatur », id est, non computabatur, quia inter Gentiles non annumerabatur, nec inter eos censebatur. Chaldeus (qui hic, et alibi subinde Iudaizans) verit, ecce populus solus possedit sacramentum; id enim expectant Judei sub Messia, ut soli dominentur in orbe terrarum.

10. QVIS DINUMERARE POSSIT PULVEREM JACOB (id est, ut Chaldeus verit): Qvis dinumerare poterit parvus dominus Jacob? de quibus dictum est in Gen. XIII, 16, quod « multiplicabitur sicut pulvis terra; » unde explicans subdit) ET NOSSE NUMERUM STRIIS ISRAEL? — Hebrei est, et nosse numerum quartae partis Israels. In hoc enim carnere, uti et in aliis, more Hebreo, idem repetitur et explicatur hemisticlio posteriore, quod dictum est in priore (1).

(1) Hebreum sic redit, quis dti numeretur pulverem Jacob, id est, posteros Jacobi pulvrem multitudine aquantes; et quis numeret, quoniam mente repetendum est? secundus numerus (acc. adverbialis) multitudinem Israe lis? Ita Mauer. Malumus tamen cum Rosenmüller, Meignan et veteribus bene multis vocem יְהוָה vertere, non multitudinem, sed quartam partem (Conf. I. Reg. vi, 23), scil. castorum Israelicorum, quam fortasse Balaamus eminens prospectabat: nemo enim nescit Israels casta in quatuor partes fuisse divisa.

Morte justorum, scil. Israeticarum, uti ex serie orationis licet, allusione ad litteras יְהוָה facit, a quibus Israeltarum nomen incipit.

Quarunt hodierni interpres, utrum his Balaami versibus significetur spes beatae immortalitatis, quam divina doctrina Israeli mortuorum ostenderit. Affirmat Michaelis. Dubia movet Hengstenberg, tum quia sententia haec hunc loco minus apta videtur, tum quia in Peatauchio haec beatae immortalitatis spes nusquam tam vivide tantumque amictu expressa reperitur. Ita quoque centet Meignan, op. cit. p. 547 seq. Balaamus, aut, nil aliud

MORIATUR ANIMA MEA MORTE JUSTORUM, ET FIANT NOVISSIMA MEA HORUM SIMILIA. — « Anima mea, » id est ego: anima enim pro homine, quasi pars pro toto captiuus, per synclochon. Sic etiam accipitur a Samone, cum ait: « Moriatur anima mea cum Philistim; » anima enim in se mori nequit, sed tam corpori et homini mori quasi videretur, cum ab eo separatur. Sic dicitur I Machab. II, 38: « Percesserunt mille animas, » id est mille homines, et III Regum, cap. I, 41: « Salva animam tuam, » id est te ipsum, et vitam tuam, ut animam tuam in corpore tuo conserves. Similia sunt in Scriptura.

Nota: Castra Israel vocantur castra justorum, a potiori et digniori parte, licet in illis plures essent impii, quam justi. Simili modo Ecclesi dicitur sancta, licet in illis plures sint impii. Sensus ergo est, q. d. Balaam: Utinam mihi contingat mori tam leta et felici morte, quali fideles et justi Israelite morientur, scientes se ad meliorem vitam, scilicet ad beatam immortalitatem, transire! Dieut enim hodie impii, athei et politiei, cum serio et sincere statum hominis presentem et futurum considerant; tanta est vis veritatis. Omnes ergo malo bona mortem appetunt, sed bonam pro vivitate fugiunt, quia bene mori felicitas est, sed pie mori cupiant. Alio non conceditur. Eternitas a morte pendet, hec a vita bona vel mala; eligi: perire semel, aeternum est.

Nuper vir quidam princeps hereticus, aut potius Politius, bona tamen indolis et ingenii, rogatus quid de Catholicis et Calvinistis sentiret, utrum fides esset verior, respondit argute se malle vivere cum Calvinistis, sed mori cum Catholicis, quod horum mors sit letior et securior, illorum vita sit licitor et voluptuosior. Verum sanius et suesalutiflorigerunt dixit: Quodquidem malo mori cum Catholicis, malo et cum illis vivere; bona enim mors a bona vita pendet, et impossibile est eum qui haeretice aut male vivit, bene et feliciter mori. Prudentius ergo sibique utilius dixisset Balaam: « Vivat anima mea vita justorum, ut moriatur morte justorum. » Qui enim vivit vita piorum, certo moriatur morte piorum: et qui vivit vita impiorum, certo moriatur morte impiorum, idque senil et semper.

Lamachus centurio militum erroris admissi increpabat: cumque ille culpam agnosceret, et dicere se deinceps nil tale admisserunt, respondit: « In bello non licet bis peccare. » Ita Plutarchus in Læon. At in morte non licet vel semel peccare. Hoc enim peccatum est irrevocabile, semel mortuus es, semper mortuus es; semel male mortuus es, damnatus es; per omnem aeternitatem hanc hic sibi optat, nisi ut post longam faustamque vitam, divinis beneficiis cumulatus, in pace moriatur, qualis occidit Abraham, de quo S. Scriptura: « Et deficere mortuus est in senectute bona, proiectaque aetas, et plenus dierum: congregatusque est ad populum suum, » Gen. xxv, 8.

mortem corrigere, hanc damnationem exculerit non poteris. Iphicrates quid evudem aiebat turpissimam esse imperatoris vocem: « Non putaram! » Christiano imprudens et stulta est haec vox: « Non putaram » tanti interessu inter hominem et madam vitam et mortem; non putaram ab ea penderit tantam eternitatem; non putaram me ita et tam cito moriatur.

Tropologice S. Bernardus, serm. 52 in Cant.: « Utinam, ait, hac morte ego frequenter cadam, ut evadam laqueos mortis, ut non sentiam vite luxuriantis blanditiam, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad aestum avaritiae, ad iracundiam et impunitum stimulos, ad angores sollicitudinum et molestias curarum! Moriatur anima mea morte justorum, et nulla illam illaqueat fraus, nulla oblectet iniurias. Bonae mors, quae vitam non auferit, sed transferit in melius. Bonae, qua non corpus cadit, sed anima sublevatur. Verum hec hominum est. Sed moriatur anima mea morte etiam (si dici posset) angelorum, ut presentium memoriam excedens, rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed et similitudinibus se exultet, sitque ei pura cum illis conversatio, cum quibus est puritas similitudo. Talis, ut opinor, excessus, aut tantum, aut maxime contemplatio dicitur. Rerum enim cupiditatibus vivendo non teneri, humana virtus est: corporum vero similitudinibus speculando non involvi, angelicas puritas est. Utrumque tamen divini muners est. »

MORTE JUSTORUM. — Vis scire qualis sit mors justorum? Audi et ambi. S. Nicolaus Tolentinus, ut habet ejus Vita, cap. xi et xii, sex totis ante obitum mensibus, paulo ante nocturnas preces, singulis noctibus suavissimum angelorum concentu auditiv, qui illi quasi pregaestacionem future vite prebeat. Haec quo illum ejus vita desiderio arsisse credimus, ad ejus jucunditatem tam jucunde invitabatur. Declavarit ipse, qui frequenter illud Apostoli dictum in ore habebat: « Cupio dissolvi et esse cum Christo. » Quin etiam, cum resolutionis tempus instaret, in extremo spiritu voces fundere coepit letante aliquo gestivis: cuius inustis gaudi cum Frates, qui aderant, causam quassarent, attontus ille, vixque sui compos praemagnitudine rei: « Dominus meus, Jesus Christus, ait, sanctissima matris sua, et Augustini patri nostro immixus, dicti milii: Euge, serve bone et fideli, intra in gaudium Domini tui; » in quibus verbis expiravit.

S. Arnulphus Suessius Episcopus diem suæ mortis prædicti, et pridie ter magno fragore cella ejus concessa est; exterius timentibus dixit se volari ad celum. « Sub prima enim quassatione, ait, B. Petrus Apostolus ad me venit, significans nulli peccata remissa, et vite januam patere; aderat Beatorum frequens cœtus laudes divinas confrineret modulantibus. Sub altera quassatione cum multis angelicis spiritibus S. Michael me invi-

sit, pollicens, se duce, me ad beatam vitam ingressum. Tertia concusione adiut Domina nostra vera misericordie mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus, benigissima me voce certiore efficiens de anima mea, inter Assumptionis ejus gaudia in celos transferenda. » Ita contigit; moriens enim ipso Assumptionis B. Virginis die in celum abiit, ut habet Martyrologium; ita refert Joannes Lisiardus tertius ejus successor in eius Vita, et ex eo Baronius, tom. XI, anno Christi 1087.

S. Gregorius, lib. IV Dial. cap. xi, mortem Ursini presbyteri describens, sic ait: « Cum magna cepit letitia clamare, dicens: Bene veniant domini mei, bene veniant domini; quid ad tantum servalum vestrum estis dignati convenire? Venio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cumque hie iter a voce repeperet, quibus hoc dicerat noti sui illi circumsternerant, requirebant; quibus ille admirando respondit, dicens: Numquid hio convenisse sanctos Apostolos non videtis? beat Petrum et Paulum, primos Apostolorum non adspicitis? Ad quos iterum conversus, dicebat: Ecce venio, ecce venio; atque iterum haec verba animam reddidit. Et quia veraeitatem sanctos Apostolos videvit, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerunque contingit justis, ut in morte sua Sanctorum precellentium visiones adspiciant, ne ipsam mortis sue penalem sententiam pertimescant; sed, dum eorum meut in celorum civium societas ostenditur, a carnis sue copula, sine doloris et formidinis fatigacione solvantur. »

Ibidem cap. x, refert de Spe Abbate, quod, cum 40 annos fuisset cœcus, sub mortem visum receperit, quodque suis dans montia salutis, communicias, psalmas, orans animam Deo reddiderit, quam specie columbae in celum ferri fratres virerunt.

Cap. xii, narrat de Probo Reatis Episcopo, quod ad eum moribundum venerint S. Juvenalis et S. Eleutherius Martires candidis induiti, qui eum ad celeste epulum invitavunt.

Cap. xiii, narrat de S. Galli, quem videns S. Petrus rogavit: « Sunte mihi dimissa peccata? » cui S. Petrus: « Dimissa, veni. » Unde tertio die cum alia sorore, quam S. Petrus nominaverat, defuncta est.

Cap. xiv, miram narrat vitam et obitum sancti Servuli pauperis et paralytici, qui moriens audebat angelos canentes, seque invitantes et edentes ad celum, relicta post se mira odoris fragranzia.

Cap. xv, narrat transitum S. Romule et celestes exequias; nam in ejus morte palam auditus est chorus virorum et feminarum psallentium, qui animas ejus in celum eduxit; et quanto choroi psallentium altius ascenderant, tanto psalmodia ienitius audiabantur.

Cap. xvi, narrat transitum amitis sue Tarsilla virginis, que ab abavo S. Felice evocata in eo-

lum, agnoscere coepit, ac moriens clamavit: « Rede cedite, Jesus venit. »

E contrario vis nosse qualis sit mors impiorum? Audi et perhorresce. Impia Jesabel iussu Iehu ex fenestra precipita uulgus equorum concutata, a canibus comedta est, IV Reg. ix. 33.

Baltasar se inebrians vidit manum scribentem: Mane, tekel, phares, et expavit; eademque nocte a Cyro vita et regno spoliatus est, Daniel. v.

Antiochus qui multos torserat, passus dirum dolorem viscerum, fotorum et vermes, miserabilis morte in montibus vita defunctus est, II Machao. ix. 9. Similis fuit mors Herodis Ascalonitae.

Hunericus rex Wandalorum, et persecutor Catholicorum sceleratissimus, ait Victor Uticensis, lib. III Wandal., tenuit dominationem regni annis septem, mensibus decem, meritorum suorum mortem consumans; nam putrefactum et ebulliens verminibus, non corpus, sed partes corporis ejus, videbantur esse sepulte. Gregorius Turonensis, lib. II De Gestis Franc. cap. iii, cum arreptum a demone propriis morsibus se laniasset, et solem tetrum apparuisse, ita ut vix tercia ejus pars erueret: ita infelix Hunericus mortuus est anno Christi 484.

Nota est Chrysacri mors clamantis: « Inducias usque manu, » teste S. Gregorio, hom. 42 in Euseb.

Audi alterius similem, quam referit Gregorius Turonensis, lib. V Hist. Franc. cap. xxxvi, et ex eo Baronius, anno Christi 383: « Funesta, ait, morte ex hac vita abruptus est Nantonius Comes Engollensis, qui cum in sancta loca Deique ministros mala multa patrasset, a morte corripitur: qui nimis exustus febre, clamavit, dicens: Heu, heu, ab Heracio antistite exor; ab illo crucior; ab illo ad iudicium vocor. Cognosco factum, non resistore injuste iniurias me intulisse Pontifici; mortem deprecor, ne diutius crucier hec torturam. Hec cum maxima in febre clamaret, deficiente robusto corporis, affliciente anima fuldit, indubio reliquias vestigia hoc ei ad ultimum beati viri venisse; nam examinum corpus et ita nigredinem duxit, ut putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes haec obstupescant, admirentur et metuant, ne inferant iniurias sacerdotibus, quia ulti est Dominus servorum suorum sperantum in se. »

Calvini variis morbis misere excruciatus, teste Teza, insuper a pedulebus corrosus est, uti refert Hieronymus Bolsecus medicus Lugdunensis, ejus olim discipulus, in ejus Vita cap. xxi. Ubi nota eos qui Ecclesiam perseguuntur, justo Dei iudicis a veribus devorari. Ita enim contigit Hunericus, Herodius, Antiochus, Maximiano Imperator, Arnulphus Imperatori, Caroli Crassi successor, et Calvinus.

« am vis mori morte non imptorum, sed justorum? » Disce mori, » assidue te moritum cogita; dum manus es, prepara te ad mortem.

Ila S. Bernardus suadet Eugenio Pontifici, ep-

stola 237: « In omnibus operibus tuis memento te esse hominem, et timor ejus qui aufer spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Quantum in brevi Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aspexisti? Ipsi te predecessores tui, tue certissime et citissime decessiones admoneant, et modicum tempus dominacionis eorum paucitatem dierum tuorum nuntiet tibi. Iugi proinde meditatione inter hujus presentis gloriae blandimenta memorare novissima tua, quia quibus successisti in sedem, ipsis sine dubio sequeris ad mortem. »

Cum olim coronaretur Imperator, sepulcrorum constructores quatuor aut quinque ad eum deferabant marmoris frusta, varii coloris, inquirentes ex quo vellet sibi construi sepulcrum: quo suo mortalitate admonebatur, et ut prudenter imperaret. Ita refert Leonidius in Vita S. Joannis Eleemosynari, ubi pariter narrat S. Joannem curasse sibi fieri sepulcrum, sed imperfectum reliquisse, et in mensa assidenti sibi jussisse a suis suggesti: « Monumentum tuum usque hodie est imperfectum, Domine, jube ergo ut id finem accipias; tantum enim est qua hora fur ingredatur, » nempe mors.

S. Gregorius Thaumaturgus, teste Nysseno in ejus Vita, ha mori didicit, cum tota vita estimaverit se his esse peregrinum, nec aliquis loci possessor esse voluit: quin et moriens proprium sepulcrum habere noluit, sed in alieno sepe incepit.

S. Augustinus, teste Possidonio, ad mortem se comparabat legendo assidue psalmos Penitentiales, flendo ubertim, orando assidue, ut per decem ultimos vitas dies neminem nisi medicum, vel reflectionem afferentem ad se admitteret; debatque etiam laudatos Christianos, absque digna et competente penitentia, de corpore exire non debet.

Ita paravit se ad mortem S. Fulgentius mortificando se, flendo, balneis recusando, in morbis orando: « Domine, da mihi modo patientiam, et postea indulgentiam. »

Ferdinandus Castelke et Legionis rex Catholicus et pugnus, anno Domini 1063, uti refert Lau-
tensis et ex eo Baronius, sentiens se defecere, ab Episcopis et viris religiosis delatus est ad Ecclesiam cultu regio; ibi fixis genibus ad altare, ait: « Tua est potestas, Domine, tuum est regnum. Regnum quod te dominante acceperit, et quamdui tua voluntati placuit rex, ecce redolo tibi: tantum animam de voragine ipsius mundi eripiam, ut ipsam ad te suscipias, deprecor. » Et haec dicens, exult regalem chlamydem, qua in duebat corpus, depositus et gemmatam coronam qua caput ambebat, atque cum lacrymis solo prostratus pro delictorum venia Dominum attentus exorabat. Tunc ab Episcopis accepta penitentia, Extrema Unctionis sacramento perfunctus, induit cilicio pro ornamento regali, et as-

pergitur cinere pro auro diademate, cui vitali in pœnitentia permanenti coram predicto altari, duobus diebus a Deo vivere datum est. Sequenti autem, qui erat S. Joannis Evangeliste, inter manus Pontificum, celo tradidit spiritum, anno Christi 1063.

Carolus V Imperator, memor conditionis sue humanæ, diu ante mortem administratione reipublicæ se sponte submovit; et cum in filium jam validum ævi et animi, curas contulisset, successit a Hispaniam, et in S. Justi monasterio, septem a Placentia miliaribus, Deo et quieti vacavero; interdixit autem alter se quam Carolum appellari, Cesaris atque Augusti nomina cum rebus animo exuens, et totum hoc honorari contemnens. Imo haec amplius ferunt, diu ante imperium a se abdicatum, sarcophagum sibi construi jussisse, cum funeris supellecie deporandum, clanculum tamen, quo cumque fret, quem para-

tum manut apud se quinque annis, ubiqueque locorum esset. Arbitrabantur autem quidam qui circa eum erant, thessaurum suum illuc deducere et conservari; et illi aliquid liborum, quibus historia veteres continentur; illi autem quidquam magis: Caesar vero sibi conscius in quem non secum deferret, subtulendo, in rei cuiusdam illius omnium charissimum usum id secum defecit. Diebat; sic assidue mortem ante oculos sibi proporsa; et sibi semper epitaphum funebrem adesse voluit, ut perpetua mortis cogitatione eximeret a caro vanum hujus mundi fastum, sanctas autem actiones agendas, dum viveret, admoneretur. Ita inter alios refert Lipsius, lib. II Monit. cap. XIV.

Iletem fecit Carolus avus Maximilianus I Imperator, qui insuper hoc testamento civili, ut exanimum corpus suum rudi lineo involutum, sine ulla exenteratione, sarcophago, quem quadrenio ante mortem parari curarunt, imponeatur, naribus, ore auribusque viva eice oppletus. Cum hoc? voluit monumentum illud assidue in oculis habere, quod diceret: Maximiliane, cogita mori; quid te dilatas et extendis? quem tot regna non capiunt, loculus iste capiet. Sed cum non aromatizans, sed calore condiri vis? ut citus redeam in terram quo sumptus sum. « Memento, homo, quia pulvis es, et in pulverem revertar. » Ita refert Lipsius ibidem.

ET FIANT NOVISSIMA MEA HORUM SIMILIA. — Ex hoc exemplo Balaam pulchre docet S. Gregorius, lib. XXXIII Moral. cap. xxvii, quod « virtutis pondus oratio non habet, quam nequam perseverantia continuali amoris tenet. Balaam enim cum compunctionis tempus abscessit, contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam moriendo posserat, consilium prebut, et cum occasione de avaritia reperit, illuc oblitus est quidquid sibi de innocentia optavit. »

Nota hic miram efficaciam graiae et inspirationis divinae, que, quamdui adfuit, Balaam ani-

mum immutavit, terraque et celo superiori effect. Nam, ut ait S. Cyprianus, epist. ad Donatum, lib. II, epist. 2: « Ut sponte sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat: ita se spiritus celestis infundit, postquam auctorem suum, ocellum intuens anima, cognovit; solo altior, et hac omni potestate sublimior, id esse incipit, quod se esse credit. » Unde infert: « Sit tibi vel oratio assida, vel lectio; nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum; ille te precepit suis instruat, ille disponat: quem ille dividet et saturum fecerit, nemo pauperem aut famelicum efficiet; et superius: « Nihil appetere jam, nihil desiderare de seculo potest, qui seculo major est. »

Vide ergo hic quam subito Spiritus Sanctus hominis impius et lingua convertat. Vere S. Gregorius: « Considero, ait, patres novi et veteris Testamenti, David, Daniel, Amos, Petrus, Paulus et Matthaeum, et aperte fide oculis intuens: implet namque Spiritus Sanctus puerum cithareum, et psalmistam facit; implet abstinentem puerum, et judicem senum facit; implet pastorem armamentum, et Prophetam facit; implet piscaforem, et principem Apostolorum facit; implet persecutorem, et Doctorem Gentium facit; implet publicanum, et Evangelistam facit; quam ergo insanum, qui hunc Spiritum non quærimus! »

Symbole, mors justorum est mortificatio passionis, qui insuper per contemplationem et vitam coelestem. Hanc optabat S. Bernardus, serm. 52 in Cant., dicens: « Excedete anima, etsi non vita, certe vita sensu, necessari est etiam ut non vita tentatio sentiatur. Quis dabit mihi penitus sicut columba, et volabo, et requiescam? Utinam haec morte ego frequenter cadam, et evadam laqueos mortis, ut non sentiam vita luxurians mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad astum avaritie, ad iracundie et impudentie stimulos, ad angores sollicititudinem, et molestias curvarum! Moriar anima mea morte justorum, ut nulla eam illaqueat fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quae vitam non auferit, sed transfigeret in melius. »

« Triplic est mors, ait Hugo Cardinalis: naturæ, culpe et gracie; in prima moritur caro; in secunda, anima; in tertia, totus homo. Prima separat animam a carne; secunda dividit gratiam a mente; tertia sejungit totum hominem a curia seculi. Prima est omnium; secunda est malorum; tertia est honorum. Mortui prima morte sepeluntur in mundo; secundi in inferno cum divite epulone; terci in celo cum Lazaro. De prima dicitur, Eccl. xli: O mors, quam amara est memoria tua! De secunda: Mors peccatorum pessima. De tertia: Moriar anima mea morte justorum. »

43. DIXIT ERGO BALAC: VENI MECUM IN ALTERUM LOCUM, UNDE PARTES ISRAEL VIDES. ET TOTUM VEDERE NON POSSIS: INDE MALEDICITO EI. — Balac ha-
superstitione loco et visioni 'q'uis Israelis bene-

COMMENTARIA IN NUMEROS, CAP. XXII.

ditionem Balaam attribuit, quasi ideo benedixisset Israeli, quia totum ejus populum videbat, aut quod ille locus pro aliis fortunatus esset, sive ex cœli et astrorum influentiâ, sive aliunde. Similiter Syri vieti ab Israëlitis dixerunt: «Dii monstria sunt dii eorum, ideo superaverunt nos; sed mellus est ut pugnemus contra eos in campis tribus, et obtinebimus eos, » lib. III Reg. cap. xx, vers. 33.

14. Cumque duxisset eum in locum sublimem. — Hebreo in agrum, id est locum, speculatorum, id est speculum (4).

Aëdificavit Balaam septem aras, — similes illis de quibus quidem dictum est vers. 4.

18 et 19. Sit, Balac, et ausculta, etc.: non est Deus quasi homo, ut mentitur; nec ut filius hominis, ut mutetur. — q. d. Ne putes, o Balac, me priorem Israëli benedictionem, quam a Deo acceperis, restructuratum: Deus enim, qui meam mentem et linguam regit, non est qui mutetur. Hebreo, non est qui peniteat, id est revocet et mutet sua dicta et promissa. Est enim ipse per essentialiam immutabilis, a stabilisque manens quod dicit, » ut ait Boëtius. Unde sequitur:

Dixit ergo (Deus scilicet), ut non maledicerem Israëli, et non faciat? — q. d. Omnino faciet quod dixit, scilicet efficiet ut ego non maledicam Israëli.

Nota: Homo soler ex quatuor causis promissum negare: primo, quando fallacter aliquid promitti et mentitur; secundo, quando ipsum promissi penitet; tertio, quando offenserit ab eo cui aliquid promisit; quartu, quando non est in eius potestate, ut promissum solvat. Haec a Deo longissime absunt. Nam primo, non mentitur ut homo; secundo, non penitet ut filius hominis; tertio, non hominis meritum aut demeritum, sed nam bonitatem, et promissionem ac fidelitatem aspicit; quartu, habet fortitudinem ut rhinoceros, ideo potest prestare quod promittit; et quia potest, reipsa præstat.

20. Ad BENEDICTIONEM ADDUCTUS SUM, BENEDICTIONEM PROHIBERE NON VALEO. — Recte dicit, non veni, sed adductus sum; ipse enim veniebat ea mente, ut malediceret. Legit noster Interpres, ut in Septuaginta, passive in Pual ἡλαχίτι, id est acceptus, adductus sum; jam in Cal legunt lacachti, id est accepti. Unde Vatablus vertit ad verbum, ecce benedictionem accepit, et benedictus, scilicet Deus, non recusat illam, scilicet benedictionem, sed eodem reddit sensus.

BENEDICTIONEM PROHIBERE NON VALEO. — Non quasi Balaam coactus, contra voluntatem haec dixerit, Deusque illo invito, haec verba in ore ejus efformari, ut vult Abulensis; sed quod mens ejus

(1) In his enim regionibus, perpetuis poene latrociniis infestis, erant in aliis jugis homines, qui voce aut signo adventum latronum significarent. Vid. Isa. xxxi, 11; Lii, 8.

ita illustraretur a Deo, ac voluntas ejus ita inclinaretur ad laudem et benedictionem Israëlis, ut agere et difficulter posset ei maledicere, imo vix posset non benedicere. Vide dicta vers. 7.

21. NON EST IDOLUM IN JACOB, etc., DOMINUS DEUS EUS CUM EO EST, ET CLANGOR VICTORIE REGIS IN ILLO. — Pulchre et clare haec reddit Chaldeus, intuer quoniam non sunt servientes idolis in domo Jacob, neque operantes falsitatem (falsos deos, puta falsorum deorum simulacra) in Israël. Verbum Domini Dei sui est in adjutorio eorum, et majestas regis sui est inter eos. Nota: Idola et simulacra hic in Hebreo, uti et sepe a Prophetis, vocantur וְאֶת־בָּנֵי־עַמּוֹת וְאֶת־עֲמָלֵךְ, id est dolor et labor, vel iniquitas et labor, quia maximorum laborum et dolorum suis culchoribus sunt causa. Ex hoc loco patet Hebreo hoc tempore, scilicet anno quadragesimo ab egressu ex Egypto, non coluisse idola, salem publice. Nam antea eos in Egypto et in deserto vitulam auream, et alia idola coluisse patet Amos v, 25, et Acto. vii, 42 et 43 (2).

ET CLANGOR VICTORIE REGIS IN ILLO. — Alludit ad duas tubas argenteas, iussu Domini factas, quibus ponantibus Deus jussorū Hebreos bellum inire, sequit enim eis adfor, et victorianum datum promiserat, cap. x, vers. 9, q. d. Inexpugnabilis et insuperabilis est Israël, utpote qui secum vehit victoriam; habet enim Deum ducem, in duce regem, in rege fortē, in forti victoriā. Deus ergo est rex eorum, qui clangentibus tubis dat eis victoriam (3).

Vide hic quam Deus dissipat consilia principum implorantium, eaque in ipsorum caput retrorqueat, idque per ipsos net quos ad suam impitatem pertrahere sunt conati. Qui enim Deus sunt infidi, etiam hominibus sunt infidi. Quare prudenter Theodosius rex Gothorum, Arianus licet, cum Diaconum quandam orthodoxum diligenter, illeque, ut regi magis placaret, Arianus esset factus, mox enim capitlum truncari jussit, dicens: «Si Deo fidem non servasti, quomodo homini sincera servabis conscientiam?» Haec refert Theodosius Lector in suis Collectan. lib. II. Ha matu Dei Balaam sollicitus a Balae ad infidelitatem, eidem infidus et adversarius fuit, atque contra eum pro hostibus ejus Hebreos vaticinatus est victoriam.

(2) Maurer proprie verit, non certit culpam inter Jacobitas, nec peccatum vel inter Israëlitas; non est igitur eum insontem eum perdat, aut ab aliis perdi patiatur. Rosenmullerus, non intuer Jova, id est, non sustinet intueri, iniquitatem in Jacobum, id est, injuriam Jacob illatum; nec videt, videre sustinet noxiam, afflictionem, vexationem, aduersus Israhel. 3 nominibus Jacob et Israel preffixum valet aduersus, contra.

(3) Alii vertunt, non tubarum clangor, sed talia vociferations, que scil. circa tenuitorum sacrum, quod Deus Israëlitum rex inhalabit, a gratias agnoscuntur. Ita Cocecius. Paritim hoc pertinere potest ad Pharaonem Israëlitas persecutum, ut sensu sic, fascia vociferations ob victoriam de Pharaone partam erant in ore Israëlitarum.

COMMENTARIA IN NUMEROS, CAP. XXII.

22. DEUS EDUXIT ILLUM DE ÆGYPTO, CUJUS FORTITUDO SIMILIS EST RHINOCEROTIS. — Chaldeus, R. Salomon et Eugubinus vertunt, *cujus excisa et elevata est fortitudo*. Legunt enim חִרְמָה ram, id est excisus, non reem; sed Noster cum Septuaginta hic et alibi legit חִרְמָה reem, id est rhinoceros; vel, ut Septuaginta vertunt, monoceros, id est, ut Noster alibi vertit, unicornis. Et licet utrumque hoc animal idem esse doceant Tertullianus, lib. *Contra Judæos*, cap. x, S. Gregorius, XXXI *Moral.* xiii, Isidorus, XII *Etymol.* ii, et Beda in *XXXII Job*, dicantque esse animal habens unum cornu in media fronte, quatuor pedum, ita acutum et validum, ut quidquid eo impetrerit, aut ventileat aut perforet, tamen verius est rhinocerotem, sive naricorinem, a monocerote sive unicorni distinguit. Distinguunt enim eis Plinius, et ex *Physici passim*; rhinoceros enim, ut docet Plinius, lib. VIII, cap. xx, colore est buxio, et cornu habet ex ratiibus extans, non rectum, sed reflexum et adumbratum, indeque dicitur rhinoceros a ꝑ, id est nasus, et ꝑ, id est cornu, eoque fortissimum est, a pugnat enim elephante, cui longitudine pene par est, sed cruribus multo brevioribus; cornu ad saxa limato se pugnat preparat, in aqua altum maxime petit, quam molliorem esse infligunt, eaque perfractum actum superat elephantem (1). Ita Emmanuel rex Lusitanie, anno 1515, Ulyssipone dedit insigne spectaculum elephantis cum rhinocerote certans, in quo elephas succubuit. Tunc rhinoceros symbolum est fortitudinis, ac consequenter Dei, qui fortissimus est. Rursum, rhinoceros symbolum est tardus iræ, sed terribilis. Ipse enim magna indiget irritatione, sed ubi irasci coperit, est ferociissimus: sic et Deus tarditatem supplici gravitate compensat; unde proverbium: *tibi laneo habent pedes, sed ferreas manus*. Quocirca primus, qui in arenam produxit rhinocerotem contra taumam et ursum, Darditius Imperator in dedicatione amphitheatre, numnum eum dudi jussit, cum effigie rhinocerotis, ut significaret se instar rhinocerotis, primo, magnam esse, ac predictum fortitudine regali; secundo, se tardum esse ad iram, sed ea concitate implacabilius. Id explicit dupli epigrammatum Maritalis, qui Domitiano fuit in delictis. Prior explicat robur incomparabile rhinocerotis, in duello taumam instar pilæ jaçantis, atque:

Prestiti exhibuit tota tibi, Cesar, arena,
Quæ non prouisi prælia rhinoceros.

O quæ terribiles existit pons in ira!
Quantus erat coma, cui pila tauma erat!

Altero docet eum tardus irasci, sed ubi irascitur

(1) Maurer, ceteritas (נִיר ceteriter feit) est illi ut orygis (gall. gas; illi busalt, vel ur). Rosenmullerus חִרְמָה, admissa litterarum metathesi, deducit ab arab. حَرْمَة ascendit, procerus fuit, vertique, elatio, alacritas est illi ut orygis. Capro enim, cum alares sunt, capite sursum statuere et recteque auribus adstare solent. A Sic pulchra

esse furiosissimum, ac ferire hostem non uno, sed duobus cornibus. Ait enim:

Solicitant pavidi dum rhinocerota magistris,
Sæque dum magno colligi ira feror;
Desperantur promissi prælia Maris:
Sed tamen es reddit cognitus ante furor.
Namque gravem gemino cornu sic exultit orygis,
Jacitat ut imposita tauris in astra pilas.

Monoceros vero, ait Plinius, lib. VIII, cap. xi, est fera asperima, reliquo corpore equo similis, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte, duorum cubitum eminente; hanc feram vivam negant capi. Similia habet Elianus, lib. XVI *De Animal.* cap. xx, et lib. XVII, cap. xliv, qui monocerotem juvæ ac pilis forvarum facit, pedibus elecerem, cornu nigro, mansuetum erga bestias alias, ferum cum gregalibus. Hunc Pierius in hieroglyphico rhinoceroti, hæc cornum vocat, eumque esse putat illum, quem Septuaginta hic monocerotem, Noster alibi unicornem vertit. Hebreo enim vox reem tam monocerotem quam rhinocerotem significat, uti et alia pleraque animalium nomina apud Hebreos pluribus communia sunt. Monoceros ergo, ait S. Gregorius et Isidorus supra, tantæ est fortitudinis, ut nulla venantium arte capiatur; sed, ut physici assentur, virgo eius puerula proponitur, quæ venient sinum aperit: ille omni ferocitate deposita caput deposit, sicque sopravivit, veluti inermis caput.

Idem tradit Rupertus et Pierius *apra*, et Albertus Magnus, lib. XXII *De Animal.* quæ historia si vera est, appositis monocerotis erit Christus; unde Rupertus: «Fortissimus, aut, spiritum Deus, vel unicus unicornis, id est potentie singularis, Deus incomprehensibilis, et invicta virtus, virginem tractus odore uteri, illigque inclusus est, et ex eo tantum comprehendit potuit et occidi.» Hinc etiam Tertullianus, *Contra Judæos*, lib. X, et Justinus, *Contra Tryphonem*, pag. 71, illud *Deuter.* XXXIII, 47: «Cornua monocerotis (ita enim habent Septuaginta pro rhinoceroti), cornua ejus, » de cornibus erubis Christi dictum accipit, sellit algorice; Christi enim cornua, id est robur et fortitudine, quibus ventilavit diabolonem, et confix peccatum ac mortem, fuit crux.

Verum Marcus Paulus Venetus, lib. III, cap. xv, Gesnerus in monocerote, et alii viri docti, hanc de monocerote per virginem circumferunt narrationem, fabulam vocant, canaque ortam assentur Gesnerus ex eo quod monocerotes cum sit aspernus, tantum mitescat quando cum femella sua commiscetur; unde et Plinius, Elianus, Aristoteles et alii in historia animalium nullam hujus circumferunt faciunt mentionem. Idem asseverat

imagine, ait Rosenmullerus, sistetur populus Israëliticus, antea sub Ägyptiorum servitio oppressus, nunc vero in libertatem asservitus, et in feliciorum statum evolutus. #

Andreas Bacci medius, tract. *De Haltorno*, pag. 67, ubi ex Aliano doceat halicorum ita ferum esse, ut clam feminam suam oderit, adeoque ab ea secundus solitarius per desertum vagetur, donec amore inclescent, dum tempus est generandi, posita feritate, blande ad eam accedit, cum eaque pascitur et commiscetur. At mox, ubi eam conceperis, et uterum intumescere sentit, ad priscam fertilitatem, aversionem et solitudinem reddit.

Denuo Theodoreus, *Quest. XLIV*, putat ipsum populum Hebreorum hic monocerotem vocari, eo quod unum Deum coleret, ideoque ab eo corroboraretur, sicut et fortis ut monoceros. Melius tamen Procopius, Rabanus, Rupertus et alii censent Deum hic vocari rhinocerotem vel monocerotem, juxta sensum quem paulo ante dedit. Nam et alibi Scriptura fortitudinem Dei ex rhinoceroto fortitudine melior, ut patet *Job. xxxix, 12*. Deus vero hanc suam fortitudinem, ac consequenter et nomen rhinocerotis, Hebreis aliquis suis omnibus communicavit et communica.

23. NON EST AUGURIUM IN JACOB, NEC DIVINATIO IN ISRAEL. — Sub his omnem incantationem et maleficium intelligit, velut genum sub specie vulgarissima. Laudat ergo Balaam hic Israelem, quod ut non colit idola, ita nee habeat auguria (?); sed quia Deum verum colit, ideo versus ab eo prophetias et responsa accipiat, tum per Mosum, tum per Pontificem Eleazarum, urim et tumminum vestimentum, tum per alios Prophetas, quodque Deus Israelem iugatur, et pro eo pugnat; unde subdit: « Temporibus suis (puta sequentibus saeculis), diecatur Jacob et Israeli (id est posteris Israelitum), quid (et quanta) pro eo operatus sit Deus. »

24. ECCE POPULUS UT LEANA CONSUGET, ET QUASI LEO ERIGETUR. — Comparat Israelem leonem lepnum, quem cum catulus lactat et famet, pro leone feroct et sevit. Vide dicta *Genes. XLIX, 9*.

NON ACCURABIT DONEC DEVORET PREDAM, ET OCCISORUM SANGUINEM EBBAT. — Persistit in metaphora leonis, q. d. Non quiescat Israel, donec hostes Chananeos proteret, ex eisque predam dividat, atque terram eorum sibi promissam capiat et

(1) Rectius Maurer cum multis, non valet augurium contra Jacobum, neque hariloatio contra Israelem, id est, nihil artes magice, nihil prestigia contra Israelitas officiant. Sub hoc tempore, nunc, mox predicabitur de Jacob et Israele: quanta fecit Deus!

paritatur, imo donec ut leo occisorum sanguinem bibat: non quasi hoc ad litteram futurum sit, aut quasi tale quid postea re ipsa fecerit Israël, sed quod perfectam et letissimam victoram de Chanaeis aliquis hostibus relatorus sit, in qua sanguinem eorum fusuris sit tam facile, tam juvende et sine snorum strage, ac si calicem hauiaret et cibheret; aut potius, quod in illa Victoria tam copiosum hostium sanguinem fusuris sit, ut torrentis in modum defluens potum præbere possit vitoribus, itaque eorum desiderium, et quasi simili abunde satiare. Hoc enim tantum haec et similes phrases per catastrophes et metalepses significant, ut *Psalm. LVII, 10*: « Lavabit manus suas in sanguine peccatoris; » *Iosai. cap. LXIII, 3*: « Calvay eos in furore meo, et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea; » *Psalm. LXVII, 24*: « Ut intingatur pes tuus in sanguine; » *Psalm. CIX, 10*: « De torrente in via bibet. » Hec enim omnia non aliud significant quam insignem, plenam et perfectam de hostibus victoriam (2).

27. ET AIT BALAC AD EUM: VENI, ET DUCAM TE AD Vers. 27. ALIUM LOCUM, SI NOSTRA PLACET DEO VEL INDI MALE-DICAS EIS. — Est hec secunda loci mutatio, quo Balac superstitiosus sperabat Balam maledicendum Hebreis; unde ter e tribus diversis locis, Balaam vies versus benedixit Hebreis, scilicet primo, ex monte Abarim et templo Baal, cap. XXI, 41; secundo, ex vertice Phasga, cap. XXXI, 14; tertio, hie ex monte Phegor, ut patet ex vers. gess. Porro Phogor vel Phegor erat idolum, a quo nuncupatus est Beelphegor, sequac ac mons his, de quo cap. XXXV, 3.

(2) Secunda haec parabola partim historicia, partim vaticinia, Israelitarum res gestas ab egresso ex Egypto usque ad occupatum Chananum narrat. Pergit quippe Balaam, quo excepit, primamque narracionem, unde altera haec veluti cupularis transitione illa: « Non es Deus quis homo, ut mentitur, » etc. q. d. Quae promist Deus, et ex parte jam præstith, ut prius narravi, prout dubio præstare perget, donec ea impliat, sicut mox narrabo. « Non est idolum in Jacob. » Dicitum esse de secunda haec ait patet, nam post occupatum Chananum idola inter Israëlitas non raro visa sunt. Quid si hebrei cum Romani mullero veritas, *Dixit non sustinuit adversa inter Israëlios interierit, alias erit tot et tantus miraculus quibus ex Egypto in terram Chanaan suum populum Dominus deduxit. Reliquis imaginibus describuntur Hebreorum potentia et robur, qualiter adeo, ut ex parte hac, populus Israeliticus nonquam exhibuit.*

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Balaam tertio benedicet Israeli, et quarto, vers. 18, ubi vaticinatur de regno Christi, instar stellae Israeles nascitur; item de Amalec, de Cinaeis, de regno Romanorum, eorumque excidio.

1. Cumque vidisset Balaam quod placaret Domino ut benediceret Israeli, nequaquam abiit ut ante perrexerat, ut angarium quereret: sed dirigens contra desertum vulum suum, 2. et elevans oculos, vidit Israël in tentoriis commorantem per tribus suas, et irruente in se spiritu Dei, 3. assumpta parabola, ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: 4. dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, et sic aperiuntur oculi ejus. 5. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israël! 6. ut valles nemorosa, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quae fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. 7. Fluet aqua de sitiula ejus, et semen illius erit in aquas multas. Tolleter propter Agag rex ejus, et anferetur regnum illius. 8. Deus eduxit illum de Egypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Devorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, et perforabunt sagittis. 9. Accubans dormivit ut leo, et quasi leona, quam suscitare nullus andebit. Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. 10. Irratusque Balac contra Balaam, complosis manibus, ait: Ad maledicendum inimicos meis vocavi te, quibus e contrario tertio benedixisti; 11. revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnifice honorare te, sed Dominus privavit te honore disposito. 12. Respondit Balaam ad Balac: Nonne nuntiis tuis, quos misisti ad me, dixi: 13. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti et auri, non potero præsterre sermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid vel mali proferam ex corde meo; sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar? 14. Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium quid populus tuus populo huile faciat extremo tempore. 15. Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: 16. dixit auditor sermonum Dei, qui novit doctrinam Altissimi, et visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. 17. Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israël; et percutiet duces Moab, vastavitque omnes filios Seth. 18. Et erit Idumaea possessio ejus: hereditas Seir cedet inimicis suis; Israël vero fortiter aget. 19. De Jacob erit qui dominetur, et perdat reliquias civitatis. 20. Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalec, cuius extrema perderunt. 21. Videl quodque Cinaeum, et assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum; sed si in petra posueris nidum tuum, 22. et fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. 23. Assumptaque parabola iterum locutus est: Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? 24. Venient in trierbis de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebreos, et ad extremum etiam ipsi peribunt. 25. Surrexitque Balaam, et reversus est in locum suum: Balac quoque via, qua venerat, rediit.

1. Cumque vidisset Balaam quod placaret Domino, ut benediceret Israeli. — Videl, id est cognovit, id Balaam, ex interna illustratione Dei. Deus enim, antequam Balaam de more pergeret ad querendum augurium, prævenit eum, impelliens ejus voluntatem, et illustrans ejus intellectum, ut clare videret qualis esset populus Israël, quamque Deo acceptus, et quam dignus benedictione: unde ipse non abiit ad sua auguria, sed exemplo populo benedixit.

NEQUOCAM ABIT, UT ANTE PERREXERAT, UT AUGURUM QUERERET. — Septuaginta, εἰς οὐδὲν τὸν εἰσειτί, id est in occursum avibus. Augurium enim est divinatio que ex avium volatu, canto aut pasto capit, dieiurgue augurium, quasi avigerium, quia ex gestu avium sumebatur; inde tamen transferitur ad quamlibet divinationem, ut dixi Genes. XLV, 5. An ergo Balaam ex avibus, an ex victimarum exitis, an vero a solo diabolo familiari augurium, id est divinationem suam, querero solitus sit, non constat: id constat ipsum vere augurum et maleficum fuisse, ut ostendit cap. XII, 5 (1).

2. IRRUENTE IN SE SPIRITU DEI. — « Spiritus Dei » hic est spiritus prophetie, sive lumen supernaturale infusum intellectu Prophete, ad intelligendum abscondita; quia enim illud lumen est tanquam aliquod vivens, hinc vocatur *spiritus Dei*, id est a Deo aspiratus. Spiritus enim a spirando et movendo dicitur: unde autem id quod habet vitam et motum, dicitur esse spiritus, vel habere spiritum; lumen ergo hoc non est aliud quam illustratio et revelatio menti Prophete indita: haec autem illustratio est actus vitalis, ut patet.

3. ASSUMPTA PARABOLA. — « Parabola », id est, propheta, q. d. Prophetas. Vide dicta cap. XXII, vers. 7.

AIT : DIXIT BALAAM : DIXIT HOMO, CUIUS OBTURATUS EST OCULUS, — id est, qui unum, vel utrumque oculum perdidit, inquit R. Salomon. Putat enim ipse Balaam fuisse luscum, vel cecum. Sed haec sunt ejus commenta. Secundo, alii per oculum accipiunt intellectum practicum. Licit enim Balaam, in prophetia, apertum habetur oculum intellectus speculativum, ad cernendum futura, clausum tamen habeatur oculum practicum, qui eum dirigeret ad bene recteque agendum: erat enim homo impius. Unde Rabanus : « Balaam, inquit, obturatus est oculus, ad corrugandum et rororem suum, et ad venerandum ipsius prophetie auctorem; cum apertus esset oculus, ad perspicendi prophetie sacramenta. » Sed hic sensus potius mysticus videtur, quam literalis.

Dico ergo, « cuius obturatus est oculus, » sensus est, q. d. Qui in somnis, quando clauduntur oculi, acceptit a Deo prophetiam visionem. Nam in somnis Deus locutum esse Balaam semel et secundo patet cap. XXII, vers. 8 et 20. Ita Rabanus et Abulensis qui, licet primo hanc expositionem refutare videatur, paulo post tamen eam probat, aliquis preferit. Posset secundo sic exponi, « cuius obturatus est oculus, » id est, qui raptus in exstasis, et alienus a sensibus, vidi visiones Dei.

Recentiores contrarie vertunt, cuius aperti sunt oculi, sed perperam. Hebraice enim סָתָם satam, per sin, aquae ac מְנֻכָּה satam per samech, signifi-

(1) Ut ante perrexerat, hebr. hac vice ut prima vice, in verso ordine verborum, id est, ut ante solebat.

cat obturare, non aperire, at recte ostendit Oleaster (2).

4. QUI CADIT (scilicet in somnum, vel alienigenam a sensibus), ET SIC APERIUNTUR OCULI EIS, — scilicet mentis, per lumen propheticum. Idem enim dicit, sed alio verbi, cum eo quod dixit vers. preceps. Ita Septuaginta et Philo. Secundo, Hebrei, et Hieronymus Prado in Ezech. II, 2: « Qui cadit, » inquit, id est, qui incidit in deliquium animi et corporis, ita ut corpus condicatur et corrut, mox et aperti sunt oculi ejus in visione (3).

Tropologicus S. Gregorius, hom. 9 in Ezech. : Cadens, inquit, Balaam apertos oculos habuit, quod rectum quod dicere videt, sed recte agere contempnit; cadens videlicet in perverso opere, et apertos habens oculos in sancta predicatione. » Nam, ut ait S. Augustinus in Sent., Sent. 6: « Vera confessio est benedictio, cum idem sonus est oris et cordis: bene autem loqui et male vivere, nihil aliud est, quam se sua vox damnare. »

5 et 6. QUAN PULCHRA TABERNACULA TUA, JACOB, etc., UT VALLES NEMOROSE, UT HORIT JUTA FLUVIOS IRRIGUI, TABERNACULA QUE FIXIT DOMINUS, QUASI CEDRI PROPE AQUAS. — Pro valles nemoro, hebraice est, קַרְבָּלָה kinhabal mitau, id est, siue valles expandentes, scilicet arborum suarum ramos. Unde Septuaginta vertunt, siue valles obumbrantes. Potest secundo, verti cum Chaldeo et Rotentibus, siue torrentes se expandentes, id est spatiis et ample defluentes.

Nota : Tabernacula israelis hic primo, comparantur valli nemoro, quae scilicet multas habet arbores instar nemoris; sicut enim in illa magna est arborum, primo, viriditas et pulchritudo; secundo, convenientia; tertio, umbra: ita pariter haec tria erant in tabernacula castorum Israel. Secundo, comparantur horitis juxta fluvios irriguis: hi enim semper virent et fructuose contumpliunt tempore; talia erant tabernacula Israel aliorumque piorum. Unde de viro justo dicitur Psalm. I: « Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabat in tempore suo, et folium non defuerit, et omnia quecumque faciet prosperabuntur. »

Tertio, comparantur tabernaculis que fixit Dominus, que scilicet solida et firma sunt, utpote a Deo erecta et stabilita: talia erant et castra Israel; ita nullus hostius ea concutere posset, quia Deus illa solide conservabat. Nota : Pratabernaculis, verti potest cum Chaldeo et Vatablo, cassia, vel arbores aromaticae, quas plantavit Dominus: hisce enim recte comparantur Israel et iuri pii (4).

(2) Septuaginta, ὁ ἀπόβιος ἐπώνομος Ονκέλος, qui est interger oculo; Syrus, ωρης καὶ τετράς εἰσ οὐρανός, εἰναι εἰναι Chaldaicis significat perficere, hinc aperire.

(3) Conf. I Reg. xix, 23 et 24.

(4) Pro tabernacula hebr. est διπλίς, genus arboris

Quarto, comparantur cedri juxta aquas; edri enim, cum magne et proceri sint, magna indigeni irrigationis et alimento, ac prouinde proprie aquas maxime exercent: sic enim et Israel positionis prope aquas et mare, id est prope Iudeam sicut, qui infundebat ei abundantia manna, et omnia quibus indigebat, mira crescebat: et hoc est quod ipsomet Moses pro eis gloriat, dicens Deut. IV, 7: « Nec est alia natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Israel. » Ita Lyranus et Cajetanus.

Quocirca Paraphrastes Hierosolymitanus presulius ita vertit: « Quan bona sunt tabernacula in quibus oravit Jacob pater eorum, et tabernacula foderis quod fecisti nomini meo, atque tabernacula per circuitum domus Israel. Sicut torrentes prevalent, sic quoque Israhela prevalebunt hostibus suis. Sicut sunt hori plantati ad secatringes aquarum, sic erunt civitates eorum proferentes, scilicet Scribas et Doctores legis. Et sicut est colum quod expandit verbum Domini pro domicilio quietis sue, sic vivent et durabunt Israhela in eternum. Decori et celebres sunt tanquam cedri juxta aquas, quae extolluntur crescendo. » Ita Abulensis.

Et SEMEN ILLUS ERIT IN AQUAS MULTAS. — Ecce hic istud explicat, vocatque semen, quod erit, ait, in aquas multas, id est, in populos multos. Scriptura enim sepe per aquas significat populos, ut Isaiae XLVIII, 1: « De aquis (id est, de posteritate) Iudea existit; » et Jerem. XLVII, 2: « Ecco aqua (id est, Nabuchodonosor cum sua multitudo) ab Aquilone ascendit; » et Apoc. XVII, 13: « Aquae quas vidisti, populi sunt, » q. d. Semen, id est posteritas, Israel propagabitur in multis populus, tum proprie et naturaliter per generationem, ut scilicet eorum posteri crescent in magnam multitudinem: unde Vatablus vertit, semen illius erit in aquis multis, q. d. Posteritas Israel fecunda erit, et semina ejus capient magnum incrementum, ut solent germina in locis irriguis. Tunc politice per imperium: unde Septuaginta et Chaldei vertunt, ecclit homo de semine eius, et dominabitur gentibus multis, ut hic designat Saul, primus rex Israhelis, de quo proxime sequitur.

Jam sensus symbolicus et allegorius hic, id est cum eum quedi priore hemisticchio: ita Abulensis.

TOLLET PROPTER AGAG REX EJUS. — Recte vertit Interpres; in Hebreo enim ad verbum est, tollet proper Agag regnum ejus; nam Hebreum Saul, דָּלֵת רֹאשׁ תִּלְתֶּלֶת proper regnum ejus; Saul, prius rex Israhelis, proper Agag regem Amalek a seruatum (qua scilicet ei capto pepercit, contra iussum Domini), tollet, ne sit regni heres, ideoque auferetur regnum illius, ne ad stirpem ejus devolvatur, sed transferatur ad Davidem ejusque stirpem. Vide Historian I Reg. xv. Ita Rabanus et Beda hic, et S. Hieronymus in cap. XXXVIII Ezech.

Possunt secundo, Hebreo cum Chaldeo et Vatable sic verbi, exaltabitur magis quam Agag rex ejus, et exaltabitur regnum illius; et hoc verum est, nam Saul preualuit Agag, eumque bello cepit. Septuaginta vertunt, et exaltabitur Gog (ita enim legendum est, non Psoch, uti habent Regia. Gog enim legit Rabanus et Cyprianus, lib. I *Testimon.* ad Quirinum, testim. 40) regnum ejus. Gog, id est, super tectum, ait Rabanus. Gog enim hebreo tectum significat, q. d. ut legit Ambrosius in *Ps. xxxv.*: Attollet regnum ejus in altum. Verum homo hic proprium sumitur, non appellative: hinc Eusebius, lib. IX *Demonstr. Evang.* in, per Gog accipit Imperator Romanum, q. d. Ejus regnum extolleatur, tempore Christi. Sed Balalaam hic prophetat de regno, non Romanorum, sed Iudeorum.

Quare melius vertunt Symmachus et Theodotion apud Procopium, exaltabitur supra Gog regnum ejus, scilicet Christi regis, ex Israel nascituri; et hoo videtur voluisse Septuaginta. Vertunt enim, exiit homo ex semine ejus, et dominabitur gentium multis, et exaltabitur supra (nam et supra habent Hebreo, et sic videtur verisse Septuaginta) Gog regnum ejus, quasi Balaam hic prophetat gentium Christi contra Antichristum, ejusque duos Gog et Magog de quibus *Ezech.* xl.

Verum vera lectio est Agag, non Gog, ut patet ex Hebreo et Chaldeo et Nostro: quare primus sensus genuinus est (1).

Denique Paraphrastes Hierosolymitanus haec de Christo ad litteram accipit: itaque verit: «Conserget rex eorum inter filios eorum, et redemptor eorum ex ipsis. Inter eos quoque erit, et congregabit eos, nempe captivitatis eorum ex proximis inimicorum suorum: atque filii eorum dominabitur populis. Fortior erit Saulus, qui percipit Agag regi Amalecarum; et multiplicabuntur regnum regis Messiae.» Verum haec paraphrasis non sunt literalis.

8. CIENS FORTITUDO SIMILIS EST RHINOCEROTIS. — Vide dicta cap. xxiii, vers. 22.

DEVORABIT (scilicet Israel) GENTES, (quaesunt) HOSTES ILLUS, — scilicet Israelis, eas scilicet interimendo et consumendo. Unde clare vertit Chaldeus, devorabit domus Israel superbias populum inimicorum suorum, et praedat regnum eorum delectabuntur, et terram eorum possidebunt.

Nota: Scriptura cum loquuntur de gente aliqua, vel populo, jam in singulari, mox in plurali de

(1) Vertendu ex hebr. videtur, et subtilior erit Agago regis. Fortasse respiciunt ea, que i Sam. xv. narrata leguntur, nisi cum Rosenmuller aliisque Agag nomine nomen Amalecarum regibus communem fuisse malis, ut Abimelech nomine Philisteorum regibus. Ceterorum facile intelligitur idea cum Amalecitis potius quam cum alia gente comparari Israelitas, quia Amalecites omnium fintimorum popularum potissimum habentur, idque colligimus ex amplitudine regionis quam incomplebat, atque ex eo, quod Balaam inferius illos vocet principium, id est caput gentium.

eo loquitur. Unde pro devorabunt, hic in Hebreo est decorabit, scilicet Israel, hostes suos. OSSAQUE EORUM CONFRINGENT, — Hebraice, ossa eorum exosculabunt; Vatablus, ossa eorum arroden, scilicet Israelite; Septuaginta vertunt, pinguita eorum emendabunt (2).

9. ACCUBANS DORMIVIT UT LEO. — Est haec propheta, ut patet; ergo praepteritor accependum est pro futuro: dormivit, id est dormit, hoc est, secures quiescit Israel in terra promissionis, gentibusque vicinis erit terribilis, et fortis tanquam leo, et ferox et pugnae laetuanam leonina rapit catulus, ita ut nemo eum invadere audeat. Talis fit Israel, maxime tempore Davidis et Salomonis.

QUI BENEDIXERIT TIBI, ERIT ET IPSE BENEDICTUS,

— q. d. Qui tibi fausta imprecabunt eisdem: fausta im-

precabunt eisdem: rursum, qui tibi beneficerit, beneferit eidem. E contrario, qui tibi maleficerit,

vel mala preceps fuerit, eidem maleficiet, et mala imprecaabunt homines; vero ita dirigente et pre-

ciante tuos amicos, et puniente tuos inimicos (3).

13. NON POTERO PRÆTERIRE (non potero transgredi) SERMONEM DOMINI.

14. VERUNTAMEN DABO TIBI CONSILIIUM, QUID PO-

FULUS TUIS POPULO HUIC FACIAT EXTREMO TEMPORE,

— Videbat Balaam quid coram Balae regre corre-

peretur spiritu Domini, et non posset maledicere

populo Israel; cogitabat ergo si ab eo discederet,

pergens utrum Balaam regi consilium malum de perdidens Hebreis daret, ac consequenter auro

ab eo promisso potinetur (4); ubi circa ejus im-

pietas, et causa avaritiae clare se prodit.

Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fama? ex auro venalia Jura,

Auro venalia sacra.

Quanto celsior et sanctior fuit Liberius Ponti-

(2) Pro perforavit sagittis hebrei veri possunt, tela ejus hostis frangit, scilicet populus Israeliticus: ita Maura-

vel cum Gesenio, tela sua populus agitabit, scilicet in sa-

guine hostium: conf. Ps. lxxvii, 23; vel, telis suis pul-

pus transfiger hostes, quod duris videtur.

(3) Tertia haec parabolæ respondet tertia Israelitarum attati, qui fuit inter occupatum Chanaanitidem et rotum

Christi: tota igitur vaticina est, idque Balaam pro-

preditore auditorem esse sermonum dei, qui videntur Om-

nipotens intulit est. Exorditur deinceps a laude Cha-

naanitidum, quam Israelite possessuri erant, horumque in

illa incrementum predicti. Tunc ex ordine de futuro o-

rum regno primoque roga, deque hisus criminis pena-

que inde sequuta; vel in genere de potentia Israelitica

republica sub regno: conf. notat. ad h. 1. Mox pre-

munitat, quoniam male res cessara sit gentibus, que

Israelites in propria regione degentes attentabant; in sua

tumq[ue] regione degentes, idque tercia haec estat. De-

inde describuntur Israelite regni favoris, aurique Balaam avidus, Israelite divino presidio,

iisque bonis, que de eis vaticinatus erat, orbare;

ad hoc optimâ ei ratio visa est, si Israelite per-

traherentur ad luxuriam: itaque Deum, qui cas-

titatis est amator, ut rhinoceros (inquit Ruper-

thus), offendenter, indeque a cultu Dei abducen-

ter ad idololatriam, itaque ~~sunt~~ eis irasceretur, in eosque excandesceret, et index insurget: ut vero ad idololatriam eos provocaret, suscit ut mulieres pulcherrime Moabitides et Madianitides collocarentur, tanquam eibos venditare, aut negotiare, juxta castra Israel, cum idolis suis et cibis idolo consecratis, que Israelites prime sui specie, amore et complexu irrefirent; deinde ad idolum sui Belpheger, sive Priapi, obscenissimum colendum pellicerent, idque suggestit suscitare fieri Balaam: ita itinere, scilicet a Phasaga usque ad Galgalam, sive ad introitum Chananeum. Sed semel tantum id factum, deinceps vero impeditum esse, per acrem Dei vindictam, patet cap. sequenti: idque docet Michæas cap. vi, vers. 5. Disce hic quam gravis et periculosa sit mulierum tentatio; ita Salomon a mulieribus deductus est ad idola: «Vinum» enim «et mulieres faciunt apostolae sapientes.» De simili mulierum tentatione, sed que disparsum habuit exitum, pulchrum exemplum narrat Damascenus, lib. *De Barlaam et Josaphat*, cap. xxx.

EXTREMO TEMPORI, — id est sequentibus diebus postquam a te disceressi: nam Hebreum **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, extremum vel novissimum, in Scriptura saepe non diei respectu temporis, quod sequi posset, quasi novissimum tempus sit, post quod nullum aliud sequitur; sed diei respectu eius quod praecessit; estque id, quod sequitur post aliud, etiam post ipsum adhuc aliud sequitur; extremum ergo, vel novissimum idem est, quod sequens, aut posterius. Id patet, tum ex ipsa Hebreo radice **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, posterior fuit, remoratus est, tum etiam ex exemplis. Sic enim Gen. xxxvii, 2, in Hebreo, dicitur Jacob, Liam et filios eius posuisse novissimum: cum tamen post Liam sequeretur Rachel cum Iosephus, lib. IV *Antiq.* cap. vi; idque proprie ei successisse, patet cap. seq. Ita Theodoretus, *Ques.* XLV, S. Augustinus, *Ques.* LX, et alii. Nam, ut pulchre docet S. Ambrosius, lib. VI, epist. 37, et Nyssenus, lib. *De Vita Mosis*, sub finem, et Prosper, parte II *De Praedict.* capite xii, Philo et Abulensis, solebat Balaam regi favoris, aurique Balaam avidus, Israelite divino presidio, iisque bonis, que de eis vaticinatus erat, orbare; ad hoc optimâ ei ratio visa est, si Israelite per-

traherentur ad luxuriam: itaque Deum, qui cas-
titatis est amator, ut rhinoceros (inquit Ruper-
thus), offendenter, indeque a cultu Dei abducen-
ter ad idololatriam, itaque ~~sunt~~ eis irasceretur, in eosque excandesceret, et index insurget: ut vero ad idololatriam eos provocaret, suscit ut mulieres pulcherrime Moabitides et Madianitides collocarentur, tanquam eibos venditare, aut negotiare, juxta castra Israel, cum idolis suis et cibis idolo consecratis, que Israelites prime sui specie, amore et complexu irrefirent; deinde ad idolum sui Belpheger, sive Priapi, obscenissimum colendum pellicerent, idque suggestit suscitare fieri Balaam: ita itinere, scilicet a Phasaga usque ad Galgalam, sive ad introitum Chananeum. Sed semel tantum id factum, deinceps vero impeditum esse, per acrem Dei vindictam, patet cap. sequenti: idque docet Michæas cap. vi, vers. 5. Disce hic quam gravis et periculosa sit mulierum tentatio; ita Salomon a mulieribus deductus est ad idola: «Vinum» enim «et mulieres faciunt apostolae sapientes.» De simili mulierum tentatione, sed que disparsum habuit exitum, pulchrum exemplum narrat Damascenus, lib. *De Barlaam et Josaphat*, cap. xxx.

EXTREMO TEMPORI, — id est sequentibus diebus postquam a te disceressi: nam Hebreum **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, extremum vel novissimum, in Scriptura saepe non diei respectu temporis, quod sequi posset, quasi novissimum tempus sit, post quod nullum aliud sequitur; sed diei respectu eius quod praecessit; estque id, quod sequitur post aliud, etiam post ipsum adhuc aliud sequitur; extremum ergo, vel novissimum idem est, quod sequens, aut posterius. Id patet, tum ex ipsa Hebreo radice **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, posterior fuit, remoratus est, tum etiam ex exemplis. Sic enim Gen. xxxvii, 2, in Hebreo, dicitur Jacob, Liam et filios eius posuisse novissimum: cum tamen post Liam sequeretur Rachel cum Iosephus, lib. IV *Antiq.* cap. vi; idque proprie ei successisse, patet cap. seq. Ita Theodoretus, *Ques.* XLV, S. Augustinus, *Ques.* LX, et alii. Nam, ut pulchre docet S. Ambrosius, lib. VI, epist. 37, et Nyssenus, lib. *De Vita Mosis*, sub finem, et Prosper, parte II *De Praedict.* capite xii, Philo et Abulensis, solebat Balaam regi favoris, aurique Balaam avidus, Israelite divino presidio, iisque bonis, que de eis vaticinatus erat, orbare; ad hoc optimâ ei ratio visa est, si Israelite per-

traherentur ad luxuriam: itaque Deum, qui cas-
titatis est amator, ut rhinoceros (inquit Ruper-

thus), offendenter, indeque a cultu Dei abducen-

ter ad idololatriam, itaque ~~sunt~~ eis irasceretur, in eosque excandesceret, et index insurget:

ut vero ad idololatriam eos provocaret, suscit ut mulieres pulcherrime Moabitides et Madianitides collocarentur, tanquam eibos venditare, aut negotiare, juxta castra Israel, cum idolis suis et cibis idolo consecratis, que Israelites prime

sui specie, amore et complexu irrefirent; deinde ad idolum sui Belpheger, sive Priapi, obscenissimum colendum pellicerent, idque suggestit suscitare fieri Balaam: ita itinere, scilicet a Phasaga usque ad Galgalam, sive ad introitum Chananeum. Sed semel tantum id factum, deinceps vero impeditum esse, per acrem Dei vindictam, patet cap. sequenti: idque docet Michæas cap. vi, vers. 5. Disce hic quam gravis et periculosa sit mulierum tentatio; ita Salomon a mulieribus deductus est ad idola: «Vinum» enim «et mulieres faciunt apostolae sapientes.» De simili mulierum tentatione, sed que disparsum habuit exitum, pulchrum exemplum narrat Damascenus, lib. *De Barlaam et Josaphat*, cap. xxx.

EXTREMO TEMPORI, — id est sequentibus diebus postquam a te disceressi: nam Hebreum **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, extremum vel novissimum, in Scriptura saepe non diei respectu temporis, quod sequi posset, quasi novissimum tempus sit, post quod nullum aliud sequitur; sed diei respectu eius quod praecessit; estque id, quod sequitur post aliud, etiam post ipsum adhuc aliud sequitur; extremum ergo, vel novissimum idem est, quod sequens, aut posterius. Id patet, tum ex ipsa Hebreo radice **אַשְׁר־** **אָשָׁר**, id est, posterior fuit, remoratus est, tum etiam ex exemplis. Sic enim Gen. xxxvii, 2, in Hebreo, dicitur Jacob, Liam et filios eius posuisse novissimum: cum tamen post Liam sequeretur Rachel cum Iosephus, lib. IV *Antiq.* cap. vi; idque proprie ei successisse, patet cap. seq. Ita Theodoretus, *Ques.* XLV, S. Augustinus, *Ques.* LX, et alii. Nam, ut pulchre docet S. Ambrosius, lib. VI, epist. 37, et Nyssenus, lib. *De Vita Mosis*, sub finem, et Prosper, parte II *De Praedict.* capite xii, Philo et Abulensis, solebat Balaam regi favoris, aurique Balaam avidus, Israelite divino presidio, iisque bonis, que de eis vaticinatus erat, orbare; ad hoc optimâ ei ratio visa est, si Israelite per-

traherentur ad luxuriam: itaque Deum, qui cas-
titatis est amator, ut rhinoceros (inquit Ruper-

thus), offendenter, indeque a cultu Dei abducen-

ter ad idololatriam, itaque ~~sunt~~ eis irasceretur, in eosque excandesceret, et index insurget:

ut vero ad idololatriam eos provocaret, suscit ut mulieres pulcherrime Moabitides et Madianitides collocarentur, tanquam eibos venditare, aut negotiare, juxta castra Israel, cum idolis suis et cibis idolo consecratis, que Israelites prime

sui specie, amore et complexu irrefirent; deinde ad idolum sui Belpheger, sive Priapi, obscenissimum colendum pellicerent, idque suggestit suscitare fieri Balaam: ita itinere, scilicet a Phasaga usque ad Galgalam, sive ad introitum Chananeum. Sed semel tantum id factum, deinceps vero impeditum esse, per acrem Dei vindictam, patet cap. sequenti: idque docet Michæas cap. vi, vers. 5. Disce hic quam gravis et periculosa sit mulierum tentatio; ita Salomon a mulieribus deductus est ad idola: «Vinum» enim «et mulieres faciunt apostolae sapientes.» De simili mulierum tentatione, sed que disparsum habuit exitum, pulchrum exemplum narrat Damascenus, lib. *De Barlaam et Josaphat*, cap. xxx.

VIDEBO eum (Israelem), sed non modo, scilicet videbo eum in die judicii, quando cum eo resurgam in valle Josaphat, inquit Abulensis. **Secundo**, et aptius ad sequentia: «Videbo eum,» non oculis meis, sed oculis posterorum et successorum meorum. Videbunt enim illi Israelem, mire decoratum nativitate Messiae, ex iis nascituri. De ea enim subdit: «Orietur stella ex Jacob.» Nam solet Deus et Prophete quidam predicere et promittere, que non in eo cui promittuntur, sed in posteris eius implenda sunt: ita S. Chrysostomus, hom. 8 in Matth., et Euthymius in Matth. II. Sic terra Chanaan promittit Albare, id est, posteris eius, Genes. xv, 7. Sic Jacob, Gen. xix, filii beneficis promittit ea que posteris eorum obvenientia sunt. Sic dicitur Agnes II, 24: «Assumam te, Zorobabel,» scilicet in Christo; hoc est assumum Christum, qui ex te, o Zorobabel, nascetur. Similia sunt Gen. xii, 3, Gen. xxvii, 29 (1).

Prophetat Balaam de Christo. — Aliqui per stellam et virginem accipiant Davidem, et sunt quedam quae Davidi convenienter. David enim quasi stella effulgit sapientia, pietate, fortitudine bellica et gloria regni, ita ut nemo eum tam sublimem tangere auderet, sicut nemo potest stellas contingere. Adhuc David subegit Moab et Iudeos, II Reg. viii, quod de stella his dicitur. Verum precepsus sensus ad litteram est de Christo; unde clarissime veritatem Chaldeos, consurgit rex de domo Jacob, et ungetur Christus de domo Israel, et occidet principes Moab, et dominabitur omnium rituum horum. Christus ergo hic vocatur, uti virga, ita et stella, et primo, quia ipse est lux mundi; secundo, ob claritatem et gloriam, tum vita colestis, tum resurrectionis et beatitudinis: qua de causa Christus vocata stella splendida et matutina, Apoc. xxvi, 16, Apoc. vii, 28. Vide ibi dicta (2). Ubi nota: Dicitur Christus stella matutina, id

(1) *Videbo eum, non illud, ut vult Rosenmullerus, scilicet multa post secula futuram. Pronominis hanc raro spectare constat ad nomine nondum quidam expressi, sed tamen ex iis, quae sequuntur et orationis nexus recte intelligenda. Sed ipso non est modo. Intuicor illam, sed non est propinquus, saltem diligenter. SNT. Pronominis eum, illam significari probato nequeo, populum Israelitarum; non enim Balaam dicere poterat se illum tunc aut prope non videre, quem coram se habebat. Verum hujusmodi pronominis, quem nemo in sermone ponitur, ad quem pertinuerit, aliquem significant a deo illustrum notamque, ut illum nec nominari nec sit, sicut recte admittat Cajetanus in b. 1. Sed quemadmodum adeo illustrum, adeo novum, ut hac longi ratione describatur, ex Israëlitis ortum Balaam se visurum prediceret, qui brevi era intermedium (infra xxxi, 8), nisi Christum? quem utique olim visurus erat, et si nequam dum in viuis degor, ideoque addit, non modo, non prope. Conf. Job. xix, 26, 27.*

(2) *Pro oriente, hebreus 7,7 verendum est proprio calcavit, id est incessit. Ex Jacob Gesenius cum multis construendum censem cum verbo 7,7, favetque accentus vocum hebraicarum. Patritius et contra 7,7 ex Jacob connectit cum nomine stella (quid enim, ait, sonaret calcare de aliquo loco?), stella scilicet orunda ex Jacobo.*

est lucifer, primo, quia in hac vita dispulit tenebras infidelitatis, et in futura dispellet tembras mortalitatis. **Secundo**, quia ut lucifer nocti finem, diei initium praebebat: ita Christus peccato et ignorantie finem, fidei et salutis initium attulit. **Tertio**, est matutina, quia «dum in seculo resurrectionis exemplum nobis praebebat, que lux sequatur indicavit,» ait S. Gregorius, XXIX Moral. xxx, in illa verba Job. XXXVIII: «Numquid produces luciferum in tempore suo?» Et Beda: «Christus, inquit, est stell'a matutina, quia transacta nocte seculi, lucem vita sanctis promittit et pandit aeternae.» Et Rupertus: «Pro labore quo Episcopus in hac vita, quasi nocte, laboravit per vigiliū in animarum sibi commissarum custodia, manifestabo ei me ipsum, qui sum stella splendida et matutina.» Et Haymo: «Christus, inquit, est stella matutina, id est lucifer, qui in resurrectione pulsis mortalitatis tenebris, quasi lucifer apparebit, et perfectum aeternitatis diem demonstrabit.» Ita quoque Pelerius, Viegas et Riberia. Rursum plenius et clarus, stella matutina est lumen glorie et clara visio Dei, quam anima victrix per Christi gratiam adipiscitur post mortem. Hec dicitur stella proper claritatem contemplacionis. «Dominus, inquit Psalms, in lumine tuo visibilium lumen.» Dicitur matutina, primo, quia post noctem huius vite et seculi illucescit; secundo, propter inchoationem beatitudinis, que complebitur in resurrectione corporum, quando stell'a haec matutina mutabitur quasi in sole meridianum, cum scilicet anima gloriam suam diffundat in corpus. Utrumque hunc sensum, scilicet de Christo, et gloria ammis beatu, habet Richardus Victorinus, Primarius Aretas, in locum citatum Apocalypses.

Terto, Christus vocatur stella, quia per stellam Christi nativitas significata est. Christus enim quasi stella divina, orta ex semine Jacob, corpoream istam stellam emisit, et quasi a se sparset, quia Magos ad se in Bethlehem evocaret. Nam ad stellam Magorum hic respici patet tum ex Hebreo textu, qui pro oriente habet 7,7 dash, id est incessit, et via calcavit et praefuit, quod proprius stellae illi Magis praeventi convenerit; tum quia communis Patrum sententia est, tres Magos, vel posterius, vel successores fuisse hujus Balaam, et ex hoc eus vacinio edoctos fuisse oriturum aliquando stellam, que nativitatem magi cuiusdam Regis Iudeorum indicaret; atque inde Magos, visa stella, statim permotus fuisse, ad regem hunc per stellam significatum inquirendum, idque verba Magorum significant: «Vidimus stellam ejus,» quasi dicant: Vidimus non stellam aliquam iniquitam, sed «stellam ejus,» notam scilicet, et a Balaam predictam, quod scilicet foret stell'a ejus, scilicet Christi index. Ita docet Origenes, hom. 13, 15, 18 hic; Epiphanius in Epitome; Cyprianus, serm. De Stell'a et Magis; Basilius, hom. De Humana Christi gen-

ratione; Leo, serm. 4 De Epiphania; Ambrosius, lib. II in Luc. cap. De Magis; Nyssenus, orat. De sancta Christi Nativitate; Eusebius, libro IX De demonstr. 13; Prosper, part. II (1) De Predic. xiii; Procopius et Rupertus hic, S. Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, et alii in Matth. ii. Ex quibus Origenes et aliqui alii censent tres Magos fuisse Chaldeos, eo quod Balaam eorum, parentes, vel antecessor, fuerit Chaldeus, sive Mesopotamus. Alii plures censent eos fuisse Arabes: hoc enim propheta de stella, in Arabia edita est Balaam: unde eius memoria ibidem, uti et apud vicinos, celebri permanxit per multa secula.

Atque ex hoc oraculo Balaam de stella hac, videtur manasse perulgata illa olim in Oriente fama de nascituro in Iudea rege, qui rebus omnibus poliretur, cuius meminit Suetonius in Vita Vespasiani, Cicero, lib. II de Divinatione, Orosius, Hegesippus et alii. Insuper ex Hebreo darrach, id est, incessit stell'a ex Jacob, nonnulli probabiliter opinantur stellam haec primo Magis in Oriente existentibus visam esse super Iudeam et Bethlehem, illigui quasi incunabula: inde enim videtur Magi cognovisse regem Iudeam esse natum, illumine in Bethlehem esse requiredum. Deinde stellam hanc ex Judea celeri motu evolasse in Orientem, ad evocandos Magos, ibique eatenus quiescisse, donec Magi iter ingredierentur. Magi enim dicunt, Matth. ii, 2: «Vidimus stellam ejus in Oriente, ita sentit Sebastianus Baradius, lib. IX Harm. Evangel. cap. ix. Accedit Procopius in Num. xxv, 17, et Haymo, serm. 3 De Epiphania, qui docent stellam a Magis visam perpendiculariter insistere Judeam.

Sexta radii stellae, sunt sex Christi virtutes. Symbolice: «Stella, inquit Hugo Cardinalis, habet sex radios, quibus illuminat noctem, et Christus habet sex virtutes, quibus illuminat omnem virtutem. hominem. Prima est humilitas; secunda est mansuetudo, Matth. cap. xi: «Discite a me, quia misericordia sum, et humili corde.» Tertia, est obedientia, Philib. cap. ii: «Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quarta est patientia. Quinta est misericordia, et deinde patet: «Ab infantia crevit mecum miserationis, et de utero matris mea excessa est mecum.» Sexta est caritas, de qua Joan. cap. iii:

(1) *Multorum Patrum opinio, astrum Christi natalis hic per stellam praenuntiari, obiecti potest ipsum stellam, quod non proprie, sed ex parte usurpatum esse dicendum est. Ut enim certa omittant, quoniam stell'a proprie dicta ex stirpe Jacobi esse poterat? Respondet Patritius, Christum a Balaamo stellam vocatum fuisse, tum quia stell'a Christi nascitentis symbolum futurum erat, tum ut hoc ipsum symbolum ea appellations oblique praenuntiareret. Nec alter Patres, v. g. S. Justinus: «Cum igitur exorta esset et in celo, statim atque natus est, stell'a... ex Arabia Magi, re ex hoc signo cognita, advenirent.» Dialog. contr. Tryph. Et Eusebius: «Cojus (Christi) imaginem symbolice illa apparet tunc Magis importabat,» Demonstr. Eccl. lib. IX, § 1.*

«Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unicum genitum dare,» etc.

Nota: Pro oriente כוכב cochab, id est stella, R. Akiba et Iudei olim legerunt, oriente כוכב, vel cosa, id est mendacium. Ille enim probare voluerunt impostorem suum, nomine Bar cosa (quasi dicas, filium mendacii) esse verum Messianum; quare Bar cosa congregato maximo exercitu, quas rex Messias, contra Romanos rebellavit. Verum Adrianus Imperator eum obsedit in civitate Bitter, eaque capta trucidatus est Bar cosa, magnaque Iudeorum strages est edita, uti inter alios narrat Galatinus, lib. IV, cap. xli.

Nota: Siue Christi praesagium fuit stella, ita Sanctorum illustrum octum præssagia lumina demonstrarunt. Audi exempla:

Hortulana, S. Clare mater, partu vicina orans coram crucifixo, audit vocem: «Ne paves, mulier, quia lumen paries quod mundum clarum illustrabit;» quo edicta miraculo, natum infantularum in baptismio Claram vocari jussit. Ita habet ejus Vita.

Cum S. Swibertus Werdensis Episcopus nasceretur et clarissima genitrici et Comitissa Bertha, totam regalem cameram fulgor nimis replevit, manuque irreverberatis radiis profensus, donec ipse in lucem editus est, inquit Marcellinus in ejus Vita.

Mater S. Willebrordi Episcopi Trajectensis noctu in somnis vidit quasi novam lunam crescentem ad plenilunium; quam diligenter intuens, repentinu lapsu ruit in eum, quia devorata, ejus intima splendore perfusa sunt. Evigilans vero illo more perterrita, uidam religioso presbytero reuult somnum, qui ei dixit: «Luna, quam ex modica vidisti in magnam crevise, filius est quem ea nocte conceperisti, qui luce veritatis caliginosos teneratur erroris discutiet, et quo cumque perrexerit comitante superni luminis splendore, plenum sue perfectionis ostendit globum, coruscanteque rumoris ejus candore et morum pulchritudine, multorum in se allicit aspectum.» Factum est post diuerum circulum, et mulier peperit filium, quem in baptismio vocavit Willebrordus. Ita refert Albinus Flaccus preceptor Caroli Magni in Vita S. Willebrordi.

Mater S. Columbanii Abbas gravida, noctu in somnis vidit se sibi suo rutilante sole, nimisque fulgere micantem procedere, et mundo ingens lumen prebere. Nimisrum Sanctus hic in Ecclesia quasi sol splenduit, juxta illud Debora, Judic. v: «Qui autem diligunt te, sicut sol in oculi suis splendet, ita rutilent.» Testis est Jonas Abbas in ejus Vita.

Mater S. Dominici vidit se utero gestare catulum, qui ore gestabat faculam ardentes, quia utero egressus totum mundum illuminabat et inflammabat. Hioc Sancti illustris et Doctores fulgebunt in celo ut stellæ in perpetuas aeternitates, Daniel. xii. Vide ibi dicta.

Et consurget virga de Israele, — q. d. Christus

Christus nascetur ex Israel, qui virga, vel, ut hebreæ est, sceptro regni sui, id est potestate regia, percutiet, hebreæ *transfget*, duces Moab. Christus enim per se, et per Apostolos convertit, siveque fidelis statim subegit Moabitæ, Syros, Idumæos aliasque gentes Iudeæ vicinas (1).

Mysticæ. Ubi nota: Prophetæ dicunt Christum occidisse, percussisse, transfixisse gentes, quia eorum mores et vita occidit, fecitque sibi novos homines, ut ex impiis pī, ex injūtis justi, ex ebris sobrii, et ex incestis casti efficerentur; itaque quasi unum euodemque hominem occidit, dum eum vivificat: occidit enim Petrum, v.g. ebrui, formidinatem, rapacem, dum eum sui gratia fecit sobrium, castum, justum, etc. Vide *Can. 42.*

Secundo, duces Moab mystice sunt principes gentium idololatrarum, quas colunt demonem. Nam Moab hebreæ idem est quod ex patre, scilicet per incestum natus; fales autem sunt idololatæ, qui per ex patre diabolο per infidelitatem, quasi per incestum, natu sunt. Ita Abulensis.

Rursum Rabanus, per duces Moab, accipit irosos demones; hi enim sunt duces et patres Moabitarum spiritualium, id est impiorum et idololatrarum. Hosce tranfixil Christus cum exiit dominatus suo principatus et potestas eorum, illosque affixit et confixit cruci suæ, triumphans illos in semelipsa, ut alii Paulus.

VASTANTIBUS OMNES FILIOS SETU, — id est omnes homines. Ita Claudiopolis: omnes enim homines post diluvium prognati sunt ex Noe, ac consequenter ex Seth: nam omnis Caini progenies diluvio invicta. Christus enim omnes homines vastavit, ne-

Filiis
Seth
sunt omnes
homines

(1) Vox *consurgit* exprimit quandam excellentiam, potestim ad futurum, ut in aliis quoque bibliorum locis (*Iud. v. 7; II Paral. vi. 10; Dan. vi. 39; vi. 24;*) quem usum habet etiam latum *surgit*, puta in illo *Virgilii. Aeneid. IV. 47:*

Quam tu uirum, soror, hanc cernes, quia surgere riga
concupi tal?

Inque illo, *Aeneid. X. 52:*

Per patrios manus, per spes surgens Iuli.

Cur nomen בְּנֵי אָמִן apud Alexandrinos interpres ἄρχοντες homo versum legator, probabilem si modum rationem dat Lambertus Bos. *Prolegom. ad v. T. cap. iii.* scil. illis scriptissimæ אָמִן, id vero in ἄρχοντες mutatum a librariorum, quia in manuscriptis vocabulum ἄρχοντες reperitur scriptum αὐτ., forsan etiam αὐτ. Hesychius quidem haec habet: אָמִן, בְּנֵי אָמִן, flor. germer. garmer autem aque sunt ramas, quod sonat בְּנֵי, et flor.: hinc aliqua eratio, cur flor rami conseretur, at nulla eum deseretur homo. Pro duces Moab habet: ut irrumpe tatus Moab, id est omnes fini terræ Moabitarum, autem Mauer et Rossmöllerus: vel, quod est corporis tatus Moabitarum, id est Moabitæ, et uite Patriorum, tum quia neque es, nec extremitate fine Moabitarum pecculiendi dicantur, ne quæ curiforma duplo exponatur, et uita quæ submodicando de personis percepientur, et uita quæ adhibetur. Alexandrinus et Valerianus, qui dices certe, ut angulifrons finibus per mortuorum insignificari debet secutus est populum continentem et sustinente, putavisse concipere est.

cando eorum mors et vitia, eosque sibi sublendo, ut paulo ante dixi. Unde Chaldaeus pro *vastabit*, verbit, *dominabitur*. Bursum, in iudicio vastabit Christus totum mundum omnesque improbes.

Nota: Pro *vastabit* hebreæ est קַרְקָר kirkar, quod a קַרְקָר, id est paries, descendit, estque contraria significacionis. Primo enim significat expatriare, id est paries diruere, vastare, et, ut Septuaginta vertunt, depasci et depradari. Secundo, significat pariete concludere, captivare, incarcere, ut hebreum *kirkar* sit idem quod Latinum *cerca*: que significatio hic optimè quadrat. Sensus enim est, q. d. Christus omnes homines concludet sub ipsis legibus, sua Ecclesia, sua fide et gratia, itaque impietatem et impios quasi incarcabit. Ita Olearius (2).

(2) Qui recentiorum æque ac veterum variis de hoc loco difficulter sententias habere voluerit, adest Patrium, op. cit. tom. II, pag. 435 seqq. Nobis pauca, de more, sufficiunt.

a) Rosenmüllerus cum multis vertit *deseruit*, collato loco *Isaiae*, xxi, 5, ubi veteres illud verbum *scrutatis* redunt, a themate קַרְקָר *fotera*, scilicet summa effector, si prædicta sunt paries, sicut a קַרְקָר *radix* deducunt est verbum quod in phœn significat *eradicatio*. Sed i. alio sensu Isaia intelligi potest, immo debet ut infra dicetur, 3. 8, ut Patrius verisimiliter videtur, filii Sethi sunt homines qui Christo adherentes recte vivunt, falsa fere haec sermonis pars, et *deseruit*, et, 3. Cum verbum *percutiet* conjugendum: ita cum nomine נִזְבָּה, idque aptissimum sensu preferatur, verbum קַרְקָר *jungendum* omnino est cum nomine סְתֵּה, ut exprimit actum ait: quodcumque stellæ dicti potest *destructura omnes filios Seth*, quicunque denun sint? Cur nam *desertor* sub nomine stellæ exhibeat?

b) Miegus in speciali Dissertatione de Balaam vaticinio, hunc verbo notionem tribuit *convolare*, quia Chaldaeus *ker* sonat *excurvare*, *præcavitare*, hoc sensu, *convolat* graciando *instar gallinae*, nisi Christus de se loquitur. *Matth. xxii. 37*; et facet etymon partes, unde *convolare* ad partem. Sel obstat, 4. quod non gallina modo, sed et aliarum avium, immo et serpentum vocem exprimit verbum קַרְקָר; 2. quod graciare non idem est ac convolare graciando; 3. quod graciatio estum stellæ notione non congruit.

c) Alia Scholæ sic habet: אֶל־מִרוֹן *muro* portuimus *maruim* struere, quam *maruim* destruere... Puto itaque קַרְקָר esse struere, *adficare*, *fundere*, *uero* קַרְקָר autem leguntur apud Isam, ea si interpretetur, est, qui *reparat marum*; est, qui *climat* *Monte pette*. Non male. Duo tenet Scholæts: officiunt: unum est, quod, etiæ facile intellegamus, quid sit *struere* *graciando* *ecclasiæ*, id est Christianorum cœtum, obvia quippe ac perspicua metaphoræ haec est, non æquæ hæc altera claret, *struere*, seu *adficare* omnes filios Seth, licet hi sint omnes fides; alterum, quod *constructio*, seu *adficatio* stellæ.

d) Sunt qui animadverterent vocabulum istud esse ipsissimum nomen, quo Arætes vocant *fines et plaga regnorum patens*. Quia significatio, ait Patrius, helle responderet *zār* ἄρχοντες nomini Αἰών prioris hebreæ, et apparet convenit planitiæ Moabitarum. Quare, qui ostinatur *zār* non esse filios Seth, sed vel ipsos Moabitæ, vel populum nimirum, opportunissima illis foret haec explicatio: illud unum ea peccare, quod hoc pacto

rens et typus Christi: David enim subegit Idumæos. Dicit ergo: Idumæi, id est hostes Christo maximis infesti, subiiciuntur ei, q. d. Ergo multo magis exteriores omnes subdenter ei.

Tropologicæ, Edom est caro nostra, quæ ex Ada-Tropolo-

gie.

18. ET ERIT IDUMEA POSSESSIO EIUS. — Meministi

Balaam hic Idumæe Christo subiicienda, potius quam aliarum gentium, tum quia respicit et aliquid ad populum Israeliticum, cui Idumæi maxime fuerunt infesti, utl Esau patres eorum fratris sive Israeli, sive Jacobo, quondam infensissimus illi; tum quia aludit ad Davidem, qui fuit par-

atorem, quid stella hic agat, curva a stella metaphora potatur.

e) Patrius, loc. cit. pag. 140: « Vocabulum illud aliquot sicut, aporet, quod stella prestitura erat, idque omnis hominum, aut saltem omnibus nostris: il quippe, ut longe probabilis est, vocatur illud *Seth*; quoque ratione præterat, cur vocabulo *stella*, potius quam alio, tropus fiat. Jam vero in omnibus linguis Semiticis radice קַרְקָר propriæ primigenie notio subest *trigus*, hinc vero et translatis *refrigerium*, *recreatio*, *quies*. Quare illud dubito Balamini ita explanare, et *recreabilis*, *quies* *prostabilit*, *omnes filios Sethi*.... Metaphora autem hoc pacto sese concinnam quam maxime cuique probat; nam et magnos principes astrorum nomine vocare fuit nos, neque Orientalibus modo, sed et aliis genibus (Ovid. *Trist. II. 167*; *de Pontio*, lib. III, Epist. v, 3), etiam sive cometis eos portendit fuligineum sub illis rerum vicissitudine credit est (*Math. II. 2; Virgil. Eleg. IX. 47; Soeto. Cos. § 88; Horac. Od. lib. II, Od. XII. 47, etc.*). Demum ipsum Isaiæ recte et facile explanatur, vel secundum Schultens sententiam: vel hoc modo, est, qui *quidem prostat*, id est, qui defendit murum; est, qui clamat, etc.

f) Verbum *vastabit*, quod habet Vulgatus, bellum est; ab eodem autem hoc interpretare passim redditur per verbis hebr. quorum communis notio est *bello capere*, v. g. *Ezech. xxvi. 12. XXV. 5*: ideology non sonat *claudere* aut *calamitatem inferre*, sed *bellum capere et patiri*.

Quare illud *vastabit* apparet convenit cum verbo *propulsio*, quod usurpant Alexandrinus. Num autem Messias subinde a Scriptoribus sacris indicatur bellum hominibus inferens ad eos subiiciens (*Ps. II. 8, 9; XIV. 4, 6; Iasd. LXI. 3 seqq.*), verbum *vastabit* acceptum in eum sensum, quem diximus, id est, *bello capere*, at scilicet in libertate deinde asserat, peropportune in hoc oraculo usurpari patet.

Filius Sethi. Precipuum tantum (*duo* *leger*, ad minus recensita: reperies apud Patrium, *Ibid.*, pag. 149) hujus locutionis interpretationes referimus. Maurer, *omnes filios tumultus*, *zār*, alt., contractum a פְּנֵס Thren. iii, 47, est *sirepitus*, *tumultus*, *zār*, *zār*, idem illud vocatur *zār* *zār*, *zār*. Cf. et *Amos* II, 2. Ita plerique Germani. Orationis tamen contextus nonne proponit, non appellativum, requiri videtur. Patrio igitur nomen Seth nihil est nisi Seth, ipso Adami filius inincipit. Ita et antiquis versionibus plerique, ex Judæis clariores, ex Patribus etiam omnes. Filii autem Seth (per oppositionem filii Caini, qui improborum figuram *zār* sunt) sunt homines justi ac probi omnes, quos Christus expoliat principatus et potestates, qui per Moabitas aliquantur, quædamque ratione, ut palam triumphans.... in semetipso (*Coloss. II. 15*), recreantur et quietos prestiturus.

Concludit Patrius ita: « Inter verba, quæ ex hac

nus disputatis illud reddimus, oportet, *incedit stella Jacobæ*, et *surget virga Israelitica*, et *percutiet latera Moab* et *recreabil omnes filios Sethi*, parallelismus deprehenditur *zār* et *versuras*. Opponuntur quippe, ac velut pugnant inter se, *stella* et *virga*, *Moab* et *Seth*, *percutio* et *recreatio*. Ex quatuor autem periodis membris quartum primo, tertium secundo respondet. »

19. DE JACOB ERIT QUI DOMINET, ET PERDAT RE- Vers. 19.
LIQUAS CIVITATIS. — « Civilatis » id est Romæ, et *Da-*
Prophætae *autonomie civitatis et urbis* dicitur, queque *urbs* *nam* *de caput fuit Gentilismi*, et *Gentilium hostium Christi*, *Romania* *g. d. Ex Christo nascetur Constantinus Imperator*

Christianus, aliquid similes, qui conversi ad Christum, *gentilismum Romanorum revertent*, et reliquias *Gentilium convertunt*, itaque Romanum totam faciunt Christianam, eamque Christo subjugabant, indeque reliquæ provinciæ et civitatis Romanæ quibusdam *urbs* *caput* *secundum* *stet*, qui *quidem prostat*, id est, qui defendunt murum; est, qui clamat, etc.

g) Verbum *vastabit*, quod habet Vulgatus, bellum est; ab eodem autem hoc interpretare passim redditur per verbis hebr. quorum communis notio est *bello capere*, v. g. *Ezech. xxvi. 12. XXV. 5*: ideology non sonat *claudere* aut *calamitatem inferre*, sed *bellum capere et patiri*.

Quare illud *vastabit* apparet convenit cum verbo *propulsio*, quod usurpant Alexandrinus. Num autem Messias subinde a Scriptoribus sacris indicatur bellum hominibus inferens ad eos subiiciens (*Ps. II. 8, 9; XIV. 4, 6; Iasd. LXI. 3 seqq.*), verbum *vastabit* acceptum in eum sensum, quem diximus, id est, *bello capere*, at scilicet in libertate deinde asserat, peropportune in hoc oraculo usurpari patet.

h) Verba haec sunt primum membrum periodi, quæ ex his et ex sequentibus constat, ut prodit analogia inter utrumque existens.

(3) Quemam ea civitas est, cupus mentione vaticinum absolvitor, quarenum modo est. Negotium totum duas inter gentes tunc transigebatur, Israelitas inter et Moabitæ; quoniammodum ad alterutram civitatem illi pertinera patata est. Fuisse autem principem urbem minime dubitamus, quoniam absolute summum est: id enim, sicut alii genibus, ita quoque Israelitis moris erat (*Ezech. I. 5; Ezech. xxxiii. 21; Dan. ix. 26; Am. vi. 8, etc.*). At nemo le rogibus Israelitis principem urbem vel Moabitarum vel Israelitarum, prodidit, ut populus in ea superstitem, anquam perdat. Ergo ex hoc quoque capite nescie de Christi dicta esse concidendum est. Et, siquidem urbs principes Moabitarum illa sit, in nomine *zār* tropus erit, qui significabit fore, ut Christus reliquias imperii demonum, que usque adhuc supersunt, sit tandem plane destructuræ. Sin autem, quod magis placet, magisque coheret cum tota serie harum paraboliarum urbs illa sit Hierosolyma, predictum habebit a Balaam urbis gentilium Israeliticæ, que in ea superstitem erat, internecione, et Christo auctori tributam, utpote cuius respectu fieri debet. Ita fere Patrius.

Notat idem Abulensis hic esse prophetiam de Christo, sed cum allusione ad Davidem, itaque Davidis gesta hic perstringi: quare quedam hic dici, quae magis particulariter Davidi convenient, uti sunt: « Percutiet duces Moab; » et: « Erit idem posse ejus; Israel vero fortiter ager. » Alia vero magis proprie competitur Christo, uti sunt: « Orietur stella ex Jacob, perdet reliquias civitatis, » etc. Vide Can. 33.

Vers. 20. 20. JUNQUE VIDISSET AMALEC. — Erat Balaam in finibus Moab, in altissimo monte Phasga; unde facile vicinam regionem Amalecitarum videre poterat, sait in confuso; unde et Moses ex eodem monte vidit et speculator est totam terram Chanaan, secundum partes suas, scilicet generatim et in confuso. 1.

ASSUMENS PARABOLAM (id est prophetiam, q. d. Prophetans), AIT: PRINCIPUM GENTIUM AMALEC, — g. d. Nobilissima gentium, aut prima gentium illarum, quae habitabant illo tempore iuxta terram promissam, fuit Amalec. Alii: « Principum, inquit, gentium, » scilicet hostilium Israhel, fuit « Amalec; » unde Chaldaeus verit, *principium belorum Israhel fuit Amalec*. Nam primum Amalec Israheli ex Egypto venienti armatus occurrit, Exod. cap. xvii, ideoque « extrema ejus » perderunt, » id est, ut Septuaginta, *semen ejus peribit*. Saul enim Amalecitas delevit, I Reg. xv (4).

Vers. 21. 21. VIDI QUOCUM CINEUM. — Cinei sunt posteri Jethro, ut dixi cap. x, 29. Balaam ergo, sicut ex altissimo monte Phasga vidit Amalec, Moab et Edom, ita vidit et Cineos, quia ipsi erant in castris Israhel, simulque vidi sortem, quam in Chanaan habitari erant in tribu Juda. Unde ait:

ROBUSTUS QUIDER EST (et erit) HABITACULUM Tuum, — quia inter duodecim tribus Israhel fortissimas jam degis, et in Chanaan in tribu Juda, que fortissima est, habitabis.

SED SI IN PETRA POSUERIS NIDUM TUUM, — q. d. Eliamsi habitaculum tuum sit futurum fortissimum, uti praecessit. Alludit ad Hebreum 13, 14, hen, id est nodus, et ad 13, 15, keni, id est Cineus, et ali. Recte vocaris Cineus, quia instar avium, allissime, sive pone, pones, hen, id est nidum, puta habitaculum tuum; inde tamen detrahatur Assur.

Tropologicus Gregorius, XXXI Moral. XXXIV: Nidum spei, inquit, sibi in arduis et petris construunt, qui cum illa aquila (S. Paulo) dicunt: « Nostra conversatio in celis est. »

22. ET FURIS ELECTUS DE STIBPE CIN. — Hebreus, prout illis puncta subiecserunt Massoreta (ipsi enim pro Cin, punctarunt Cain), multum hic a nostra versione dissonant. Verum non esse legendum Cain (de Cain enim nulla praecessit mentio; nec Cinei ex Cain, sed ex Seth oriundi erant), sed Cin, patet ex Septuaginta et veteribus omni-

(2) Hebr. est, postrema ejus tempora, seu sors ejus extrema, vergit ad perniciem.

Rom.
tempore
Balaam
nudum
est
condita

pore Balaam, needum esset condita (condita est enim sub Achaz rege Juda, ut docet Eusebius in Chronicō, vel, ut alii, sub Joatham patre Achaz), tamen Roman et Romanos conditum iri, eosque hec bella gestos, spiritu propheticō prævidebat Balaam.

Prædictus ergo hic amplissimam Romanorum potentiam, quod scilicet ipsi subjugatur sint Assyrios, tunc rerum dominos, et consequenter omnes alias gentes, ipsosque etiam Hebreos. Hos enim subdececum regibus in fine mundi, qui Roman plane evetent et comburent; quos deinde partim occidunt, partim subjugabit Antichristus, uti prædictus Daniel cap. viii, 8 et 24, et S. Joannes, Apoc. cap. xvii, vers. 12 et 16.

gustus, qui Judeam subiecti Herodi Ascalonite, et post eum Tetrarchi et Praesidibus, ut patet Luce iii, 1, ac tandem Hebreos plaus deleverunt Titus et Vespasianus, Romani: ac demum, quod ipsimet Romani perituri sint, ruerent imperio, sub Alarico et Genserico regibus Gothorum; sed maxime sub decem regibus in fine mundi, qui Roman plane evetent et comburent; quos deinde partim occidunt, partim subjugabit Antichristus, uti prædictus Daniel cap. viii, 8 et 24, et S. Joannes, Apoc. cap. xvii, vers. 12 et 16.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Fornicantur Hebrei cum Madianitis, et colunt Beelphegor: hinc ad 24 milia, partim suspenduntur a Mose, partim a Deo occiduntur. Plagam hanc sedas Phinees, occidens Zambrum et Cozbi, ideoque Deus illi sacerdotium in perpetuum consignat.

1. Morabatur autem eo tempore Israhel in Settim, et fornicatus est populus cum filiabus Moab, 2, quae vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comedenter et adoraverunt deos earum. 3. Initatus est Israel Beelphegor; et iratus Dominus, 4, ait ad Moysen: Tollite cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis, et avertatur furor meus ab Israhel. 5. Dixitque Moyses ad judices Israhel: Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. 6. Et ecce unus de filiis Israhel intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, videente Moyse, et omni turba filiorum Israhel, qui flebant ante fines tabernaculorum. 7. Quod eum vidisset Phinees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, et arrepto pugione, 8. ingressus est post virum Israhelitem in luppenar, et perfidit ambos simul, virum scilicet et mulierem, in locis genitalibus. Cessavitque plaga filiis Israhel, 9, et occisi sunt viginti quatuor millia hominum. 10. Dixitque Dominus ad Moysen: 11. Phinees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis avertit iram meam a filiis Israhel, quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israhel in zelo meo. 12. Idecirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem federis mei, 13. et erit tam ipsi quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, et expiavit scelus filiorum Israhel. 14. Erat autem nomen viri Israhelite, qui occisus est cum Madianitate, Zambrum filius Salu, dux de cognatione et tribu Simeonis. 15. Porro mulier Madianita, qua pariter imperfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. 16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 17. Hostes vos sentiant Madianitatem, et percutebit eos, 18. quia et ipsi hostiliter ergerunt contra vos, et deceperunt insidiis per idolum Phogor, et Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quae percussa est in die plagiæ pro sacreligio Phogor.

4. MORABATUR AUTEM EO TEMPORE ISRAHEL IN SETTIM. — Est hec 42 et ultima mansio Hebreorum in deserto, puta in campis tribus Moab; nam ex Settim Iosue misit exploratores duos, mortuo Mose, in Chanaan, Iosue ii, 1. In Settim ergo gesta et dicta sunt omnia quae deinceps in Numeris, et quo toto Denterionario describuntur. Hic locus,

Numer. xxxiii, 49, vocatur Abelsatim, addita voce abel, id est luctus, forte ob luctum idololatrarum, qui cum essent Hebrei, hoc capite in Settim cessi narrarunt. Ita Abulensis.

5. ET FORNICATUS EST POPULUS CUM FILIABUS MOAB, QM VOCAYERUNT EOS AD SACRIFICIA SUA. — Ecce hic est exsecratio consilii Balaam, quod ipse